

TRACTATVS
PER V T I L I S S V M M E Q V E
 necessarius, De irregularitate, suspensiōne, & interdicto ecclesiastico; Editus à Reuerendissimo
 Gondisaluo de Villadiego Sacri palatiū apostolici auditore, cum aureis additionibus recognitus & emendatus:
 Vna cum totius tractatus Summarijs, numeris, & Indice
 alphabeticō, Didaci Perezij Hispani vtriusque iuris,
 & in Salmanticensi Academia Vesperorum
 sexti Decretalium cathedræ professoris
 studio & summa diligentia
 restitutus.

EX CAPITVLO PRIMO
 Epitome.



- 1 Regularitas quid.
- 2 Irregularitas omnis de iure positivo & non dīnino est inducta.
- 3 David fuit præfigurator Christi.
- 4 Veteribus secundum Apostolū omnia in figura cōtigerunt.
- 5 Ordo iudicialis est de iure positivo, licet fuerit in paradiſo terrestri præfiguratus.
- 6 Princeps tollere potest ordinem iudicialem, & qualiter.
- 7 Clausula sola facti veritate inspecta inducit ordinis iudiciorum remotionem.
- 8 Dispensatus a summō Pontifice cum causa, vel sine ea, est tutus quo ad forum fori, & quo ad forum conscientiæ, in his quæ positivi iuris sunt. Quid in dispensato ad pluralitatem beneficiorum? Questio est rigurosa.
- 9 Papa in his, quæ iuris positivi sunt, nulla etiam facta ex

A preßio

16

TRACTATVS
PER V T I L I S S V M M E Q V E
 necessarius, De irregularitate, suspensiōne, & interdicto ecclesiastico; Editus à Reuerendissimo
 Gondisaluo de Villadiego Sacri palatiū apostolici auditore, cum aureis additionibus recognitus & emendatus:
 Vna cum totius tractatus Summarijs, numeris, & Indice
 alphabeticō, Didaci Perezij Hispani vtriusque iuris,
 & in Salmanticensi Academia Vesperorum
 sexti Decretalium cathedræ professoris
 studio & summa diligentia
 restitutus.

EX CAPITVLO PRIMO
 Epitome.

- 1 Regularitas quid.
- 2 Irregularitas omnis de iure positivo & non divino est inducta.
- 3 David fuit præfigurator Christi.
- 4 Veteribus secundum Apostolū omnia in figura cōtigerunt.
- 5 Ordo iudicialis est de iure positivo, licet fuerit in paradiſo terrestri præfiguratus.
- 6 Princeps tollere potest ordinem iudiciale, & qualiter.
- 7 Clausula sola facti veritate inspecta inducit ordinis iudiciorum remotionem.
- 8 Dispensatus à summō Pontifice cum causa, vel sine ea, est tunc quo ad forum fori, & quo ad forum conscientiæ, in his quæ positivi iuris sunt. Quid in dispensato ad pluralitatem beneficiorum? Questio est rigurosa.
- 9 Papa in his, quæ iuris positivi sunt, nulla etiam facta exceptio

2 Gondisal de Villadiego Hisp.

- precisione cause dispensat, cum sit eius potestas amplissima.
- 10 Dispensatio absque causa facta potius factum temerarium quam dispensatio, & potius dissipatio, quam dispensatio dici debet.
- 11 Dispensatus in his quædiuini vel naturalis iuris sunt, prout est votum, & iuramentum sine causa, utrum sit securus in conscientia foro?
- 12 Homicida voluntarius dispensatus à Papa sine causa in causa irregularitatis est tucus in conscientia.
- 13 Papa in beneficialibus habet liberam & absolutam potestatem, & est pro ratione voluntas.
- 14 Irregularitas cur invenia?
- 15 Irregularitas per baptismum, num tollatur?
- 16 Irregularitas nunquam habet locum nisi à iure sit expressa.
- 17 Poena priuationis iuris vel privilegij, non habet locum nisi exprimatur in iure.
- 18 Poena depositionis non habet locum, nisi sit expressa.
- 19 Clericus nunquam censetur priuatus ipso iure suo beneficio, quanvis grauiissimum delictum commiserit.
- 20 Suspensionis poena non est canon late, sed ferenda sententie.
- 21 Clericus homicida non perdit ipso iure beneficia. Ideo securè ante eorum priuationem ea renuntiat, ibi vide.
- 22 Fructus beneficij sunt beneficiati, eosque optimo iure & sine lesionе conscientia ante priuationem post commissum homicidium, consumere poterit.
- 23 Irregularitates plures, non perpetuae erant in veteri lege.
- 24 Irregularitates ex veteri testamento, aliquando in novo metaphorice recipiuntur, & quare tam exacte custodiébantur in veteri testamento?
- 25 Sacrificia veteris testamenti, an haberent virtutem expiantur vel

Tract. de Irregularitate.

3

- di vel proficiendi? & quid de circuncisione? & de ea plura remissiue.
- 26 Irregularitas prouenit ex delicto, aliquando ex defectu corporis, aliquando ex defectu sacramenti. Adde Angel. Clauasum in summ. verb. irregularitas. quest. 1.
- 27 Excommunicatus, suspensus, & interdictus, celebrando efficiuntur irregulares, vide cap. infra proxim.
- 28 Idem in celebrante tempore interdicti, iuris obseruantia explosa.
- 29 Irregularis est simoniacus in ordine, &
- 30 Clericus per saltum promotus.
Notoriè criminosus, & Illegitimi.
Irregularitas prouenit ex defectu vel deformitate membrorum.
Bigamus est irregularis, & arreptitus, vel morbo graviatus, seu leprosus.
- 31 Item infamis infamia facti, & infamis infamia iuris canonicj, vel civilis etiam post peractam pœnitentiam.
Infamia predicta quomodo inducit, & aboletur.
- 32 Sexus muliebris impedit ordinis susceptionem.
- 33 Regula est, quod omnis ille dicitur irregularis, qui sine dispensatione prohibetur ordinari.

Introductio breuiss.



VONIAM irregularitatum materia clericis, alijsque ecclesiasticis viris summe existit necessaria, mandato superioris urgente. Quorundam etiam amicorum precibus flagitantibus dignum censui, paucula quædam & utiliora his scriptis commendare.

4 Gondisal.de Villadiego Hisp.
CAP V T P R I M V M.



I R C A quem primò quero. Quid est irregularitas? Dicendum quod est nota seu impedimentum canonicum ex facto seu defectu proueniens: qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri: & in eisdem ministrare: vnde dicitur irregularitas, dicendum quod ab in quod est sine & regula, quia contra regulam iuris est irregularis est natus, vel aliter procedente tempore taliter dispositus, vel quod non potest assumi ad ordines vel in suscepis ministrare.

A D D I T . I O N O V A .

Eccle. 30. **Q V O N I A** M in Ecclesiastico cap. 30. scriptum est, sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in eis vacabit, narrationem virorum nominatorum conseruat. Quæ verba ad nos retulisse existimo, cum nostra æta te maxime in nostro iure sint plurima, tam à grauissimis, quam etiam ab authoribus modernis in diuersis locis scripta, & aliqua inter nostrates repugnantia, adeò quod fateri possimus cum Salomone in libro Ecclesiastes cap. 6. verba sunt plurima, multaque contraria in se habentia.

Eccles. 6. Et frequens inquisitio authorum sit nimis iureconsultis laboriosa, & finem (vt ita dixerim) in hac materia habemus. Quod summè necessarium est, vt unusquisque diuidicabit, & si oppressus ingenio existat, tum etiam quia copia Theologorum & Iuristarum in hoc tractatu summè est necessaria. Cum sit Ecclesiastica, & que spectat ad forum conscientie. Qua de causa ego Didacus Perez ytriusque iuris professor Salmantinus pro communi utilitate cum aliquibus scholijs, numeris, & summijs locupletandum & ab omnibus vitijs, quibus scatebat purgatum typographis tradendum, hunc tractatum decreui, cum sit

materia

T r a c t a t . d e I r r e g u l a r i t a t e .

5

materia frequens & quotidiana: & ideo plenius studenda seu attingenda ex sententia Pauli Consulti in l. legui. ff. de libera. lega. l. i. ff. ad exhibend. & l. i. ff. de procuratorib.

Tum etiam, quia ad ea quæ quotidie contingunt & frequentiora sunt Consultorum decisiones constitui debent, admoniti (prout sumus) à iure Consulto in l. ex his. & l. nā ad ea. ff. de legibus. facil. l. i. §. sed si. C. de vet. iur. enucle. & in procēm. Sexti decre. §. nostunc. ad quem summo Deo adiutorie aggredior. ¶ Et dico hanc irregularitatis diffinitionem esse originaliter. Guilliel. Durant. in suo Speculo lib. i. titul. de dispensationib. §. iuxta propositionis ordinē. in princ. quā refert & approbat Diuus Antoni. Archipr̄sal Florentinus in Summa in 3. part. titu. 28. c. i. in prin. Syl uest. in verb. excommunicatio. in 4. dubio. i. & in verb. irregularitas. in princ. Nicola. Ploui. in tract. de irregularitate. col. i. & singulariter Ioan. de Anania in Rubri. de cleric. excom. ministran. col. 2. vbi declarat istam diffinitionem per fructa, & Nicol. in tract. de Sacerdot. cap. de irregularitate. fol. 77. Pr̄posit. in sum. §. o. dist. nu. 4. Et in idem reincidere videntur verba in hoc scripta per Ang. in sum. verbo. irregularitas. in i. in princip.

Irregularitas vero quod dicatur ab, in, q̄ est sine, & regula: vnde irregularis quasi contra ecclesiæ regulam natus, siue extra eam positus propter defectum vel factum, vt est hic expressum ab isto domino. Et ista allusio, seu deriuatio fuit. Guilliel. in Specul. vbi supra. versic. dicitur autem. num. 2. Cum quilibet ordinari possit qui non est expresse prohibitus, & ante ipsum hæc fuerūt. Innoc. quem ipse nō allegat in c. nisi cū pridem. §. personæ. vbi multa bona dicit (licet confuse more suo) in materia irregularitatis, de re nuntiationib. & ibi Anto. de Butri. in left. Abb. Panor. nu. 17. Ioan. Montaign. in tract. de bigamia. q. i. versi. nunc illā declarando. & Angel. Clauasi. & Syluest. in suis summis

A 3 verb.

6 . Gondifal.de Villadiego Hisp.

verb. Irregularitas. in prin. & Ioan. de Anani. in. c. quidam. col. 3. nu. 10. de homicid. vbi ponit, quæ nam sit irregularitas? & quot sunt eius species? & ad quid sit inuenta? & pro hac deriuatione irregularitatis nos Hispani habemus legem Regiam parti. i. titul. 9. in l. 18. ibi, Es irregular por ello. Que quiere tanto dezir, como clero que es fuera dela de recha regla que deuria tener.

Lex regni.

2. Addendum insuper est ad id quod inquit autor, irregularitatem fuisse induciam à iure positivo, & non à iure diuino. Eudem Guillielmum in loco supra allegato ver sic. Papa autem. & ibi nu. 37. idem Archidia. & communis in. c. miror. 50. distin. Innoc. in. c. ad audientiam. nu. 9. de homici. vbi Ioan. de Anania nu. 1. idem tenet & idem tenentes citat autores. & ibi Felin. nu. 2. Panormi. in. c. clericis. col. 2. nu. 13. ne clerici vel monach. & in. c. sententiam sanguinis. col. 2. nu. 2. eod. titu. Philip. Francus in. c. si ciuitas. §. is qui. versi. Tertiò infertur. de senten. excom. libr. 6. & in. c. fin. versi. videtamen plenius. col. fin. ne cler. vel monach. eod. lib. Imol. col. 4. nu. 17. in Clem. vnic. de homic. Dominic. in. c. is qui. col. 1. de senten. excom. libr. 6. & Ant. de Rosellis in libro de concilijs in. c. Pontifex an posít cū bigamo dispensare. num. 4. fol. 76. in. 10. volu. tractatum. Petr. de Palud. in. 4. distin. 25. quæst. 3. col. fin. & Ioan. Maior. q. 14. ad fin. & Duran. dist. 27. q. 4. Diuus Anton. 3. par. tit. 28. c. 2. §. 6. & ista est cōmunis secundū Angel. Clauasi. in sum. verb. irregularitas. 2. vers. tertio tollitur. & Syluest. eod. verb. irregularitas. quæst. 28. & secundū Ioan. de Anania in. c. quidam. col. 3. versi. ultimo quia. in tex. de homici. & in. c. sicut dignum. nu. 9. eod. titu. & in Rubri. de cleric. excom. minist. col. 4. versi. in quantum dicit. Domi. præceptor Martin. Nauar. vir mirè lectionis in. c. si quis autem. nu. 38. de poeni. dist. 7. idem in. c. 1. §. quibus. nu. 10. de poeni. dist. 7. & secundū Ioan. Montaign. in dict. tract. de bigamia.

Tractat. de Irregularitate.

7

mia. quæst. 1. col. 2. & Thomas Ferrati. in cautel. 44. nu. 4. vbi dicta per eū hic annotabis, & ibi posita in Additioне.

Infertur quod Papa potest dare licentiam clericis pugnadi in bello iusto sine metu irregularitatis. ¶ Et casus quinquaginta, in quibus solus Papa dispensat enumerat Diuus Antoninus in 3. part. titul. 22. c. 7. vbi plures sunt in hac materia irregularitatis. Et in his quæ positivii iuris sunt nullum est dubium posse statuere, id q. ipse Roma. Pontifex voluerit, vt prædictus Diuus Antoni. probat in dicta 3. parte, titul. 22. c. 3. §. 2. Licet his contrariari videantur subiecta ab isto domino quæ habentur. 1. Paralipome. 22. Multum 1. Paralipome. sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti: non poteris pome. 22. ædificare nomine meo tanto effuso sanguine coram me.

Quod repetitur eodem libr. 1. c. 28. Non ædificabis dominum nomini meo: eo quod sis vir bellator, & sanguinem pome. 28. fuderis, & sic his iūctis habet locū cōmunis allegatio, quæ fit in hoc de textu. 2. Regum. c. 7. dum inquit, Nūquid ēdi ficas mihi domum ad habitandum? quasi dicat interrogatiū, non, quia vir sanguinis es. Et habetur transumptiū in. c. 1. de conse. dist. 1. & traditur ab Ant. de Rosellis in tracta. de concilijs capit. an. Papa cum homicida dispensare nūne. 1. Sed nihil obstant huic communi sententiæ quæ habet in locis supra scriptis irregularitatem omnem de iure positivo, & per summum Pontificem esse dispensabilem, vt expresse in hoc casu firmat Maior in 4. distin. 15. quæstione. 14.

Cum David fuit præfigurator Christi secundum glos. 3 in dist. cap. 1. de consecra. distin. 1. & sic fuit præfigurata in veteri testamento. ¶ Cum veteribus omnia in figura contigerunt. secundū Apostol. Paul. 1. ad Corinth. 10. & in 2. ad eosdem. 3. & ad Hebr. 8. & 9. faciunt quæ in materia decimaru scribit doctor Honcal. in tract. de decimis. cōclu. 1. ad Corinth. 10. & 2. cap. 3. Ad Hebr. 8. & 9.

A 4. esse

Casus in quibus solus Papa dispensat.

8 Gondisal.de Villadieg.Hisp.

esse vt notat Innoc.in.c.nisi cum pridem.nu.8.de renūtia

Quod bono simili comprobatur.Nam dicimus q̄ ordo iudicarius in paradiſo terrestri figuratus fuit, domini ad Adam dicente. Adam vbi es. ecce citationem. Qui respondit. Vocem tuam audii Domine in paradiſo, & timui eo, quia nudus erant. Ecce comparitionem contumaciamque accusationem.Cui dixit Dominus. Quis enim indicauit tibi &c. His verbis continetur accusati, vel inquisitio deſenſio, quæ iusta non erat, merito ſententiam condemnatoriam excepit, hoc modo & hac forma. Quia audiiſti vocem vxoris.&c. vt habetur Genes. 3. & hoc annotavit Guilliel. Duran. in ſuo Specul. in procēm. §. ſanè placiſtscientia. num. 24. Nihilominus dictus ordo iudicallis à iure poſitiuo dicitur proceſſiſe, vt eſt de mente gloſſi in princ. Instit. de obligat. in verb. neceſſitate. poſt mediū faciunt bene quæ ſcribit Felin. in cap. quæ in eccleſiarum de conſtitutionib. num. 55.

Ideoq; deducitur ex hoc q̄ princeps potest tollere ordinem iudicarium: ſaltem in parte ſtatuendo q̄ in certis cauſis procedatur ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitū & figura iudicij. vt eſt cauſa in extrauag. ad reprimendū vbi plenē per Bart. quomod. in laſae maiesta. & in Clem. ſa pē. de verb. ſignifi. c. ſi. de hæret. lib. 6. c. olim. & ibi Ioan de Ana. nu. 6. de accuſat. & eſt text. in c. in cauſis. de re iudi. c. ad petitionem. de accuſationib. Jacob. de ſancto Geogio in tract. feudorum. in verb. princeps. verſi. ſed an princeps. nu. 2. ybi ponit. 66. Specialitates, quæ ſunt in princeps. peybi ipsum vide per. 7. col. & Caffan. in catalogo gloriæ, que mundi, vbi ponit. 208. in. 5. parte confide. 24. à fol. 112. ſunt in prin. vſque ad fol. 120. columna. 2. & eſt l. 11. titulo. 1. & l. fina. cipe. titu. 15. lib. ordin. regal. ibi, Siendo hallada y prouada la ver- Lxx ordi. dad del hecho. & ibi. los juz. guen ſegún la verdađ que hallaren regal. prouada. de quibus clauſulis, vide Celfum in ſuo clauſula-

Genes. 3.

rum

Tract. de Irregularitate.

9

rum tractatu chart. 16. col. 1. vers. veritate inspecta, & Hippol. Marſili. in ſingul. 272. in hac inclyta ac regia ciuitate.

Et quod huius effectus ſit praedicta clauſula poſita in d. 1. regni. ſola facti, ſcilicet, veritate inspecta, inducat ablatio- Clauſula nem & remotionem ordinis iudicarij, tenet Bal. in. c. 1. §. ſola facti inueſtitura. de noua form. fidelit. & Lud. Rom. in conf. 20. veritate incipi. Viſo puncto & ſtatuticopia, col. fi. verſi. & maximè inſpecta ad hoc dicendū, & in conf. 59. incipi. in caſu propositæ coſultationis. col. fi. & Philip. Dec. in. c. dilecti. col. 2. de iudic.

Secundò deducitur, diſpenſationem factam in caſu irre- gularitatis, etiam ſine cauſa à ſummo Pontifice eſſe validā & firmitam: ac diſpenſatum eſſe tutum in foro conſcientiæ, cum ſit inducta ex iure poſitiuo, vt ſupra deductum eſt. Ita Innoc. in. c. cum ad monaſterium. nu. 3. verſi. Item nota. de ſtatu monaſcho. vbi ipſe formaliter ſic ait. Item nota, quod quida dicunt, & forte non male, quod licet in hiſ quæ ſunt contra votum tacitum, vel expreſſum: & in alijs quæ ſunt contra euangeliū, non prolixi diſpenſationiſi, ex cauſa fiat, & forte idem intelligendum eſt, ſi diſpenſetur in hiſ, quæ ſunt contra generalem ſtatum eccleſiæ. Non tamen hoc eſt verum, in hiſ diſpenſationiſbus quæ ſiunt contra ius poſitiuum in tantu, ſicut appetet in ſtatutis, quæ facta ſunt de ordinib. faciendis in traſcerta interſtitia temporum. 77. diſt. per totum. Et q̄ quis nō poſit habere duas curas. c. de mul- ta. de præbend. & de electio. c. dudum. In hiſ enim diſpenſationiſbus ſufficit ſola voluntas diſpensoris, etiā ſine cauſa: quod probo. Nam ſi ſola voluntaria coſtitutio erat cauſa quare aliquid prohibeatur, & ſola voluntas erat cauſa, quare prohibitio relaxetur: quia eius eſt deſtruere ius, qui illud condidit, nec tenetur princeps ſualege ligatus. C. de legib. l. digna vox, & res facile reddit ad ſuam naturam. l. fi- vnuſ. §. paſtus ne peteret ad fin. ff. de paſt. Hucusque ſunt verba praedicti Domini Innoc.

A 7

Et

10 Gondisal.de Villadiego Hisp.

Et quod teneat talis dispensatio modo predicto in his quæ iuris positivi sunt. Et sit dispensatus tutus in foro conscientiæ, præter in eo quod dicit de dispensato ad pluralitatem beneficiorum quod non probat, sequitur Panor. in.c. non est. num. 8. de vot. de qua limitatione Deo duce plura infra subijciam. Nunc tamen ad comprobationem prædictæ Innoc. doctrinæ, dic quod eam sequitur idem Panor. & Ioan. de Anan. in.c. fraternitati. de schismatic. primus in nu. 4. posterior. col. 2. nu. 3. Felin. in.c. quæ in ecclesiarum. nu. 25. versi. vbi autem dispensat. de consti. Guilliel. in Specul. de dispensationib. §. nunc breviter. nu. 5. Doct. Couar. in. 4. de cœcta. vbi vide in. 2. part. c. 6. §. 9. nume. 10. latissimè Barth. Socin. in consil. 13. vol. 1. col. 3. & latè Petr. Parisi. cōsil. 5. nu. 5. cum seq. volu. 4. Felin. in.c. si quādo. col. 4. nu. 6. versi. stat difficultas. de refc. & latissimè in.c. ad audienciam. in. 2. col. 4. nu. 4. versi. nihilominus. eod. titu. Cardin. Alexandri. in.c. per venerabilem. §. quod autem. col. 1. nu. 2. qui filij sint legit. idem post Domini. in.c. consequens. 11. distin. Imo ibi dicit, qđ dispensatio est permitta qñ subest causa legitima: & non alias, ergo vult dicere alias sine causa nō esse permittam dispensationē ac per cōsequens nō valere. Hierony. Gigas in tract. de pensionib. quæst. 6. principal. col. 2. & Philipp. Deci. in.c. quia. in col. 1. in versic. in quantum. Hosti. de præbend. & in consil. 436. vīsa instruptione casus. col. 3. nu. 14. lib. 3. Ferdin. Loazes in tracta. super matri. Regum Angliæ. in. 2. dubitatione princip. §. nō obstat primum pro parte negatiua. charta 30. Versic. in his enim quæ. & ista secundum eum ibi in. 4. dubita. principia. nu. 13. est cōmunis omniū sententia à qua in iudicando & cōsulendo nullatenus est recedendū, & ista tenet Ang. in sum. verb. dispensatio. in versic. vtrū dispensatus sine causa legitima. & Syluest. eod. verb. q. 3. Et sequitur Roma. in consil. 307. in casu propositæ consultationis. col. fin. versic. cæterum

Tractat. de Irregularitate. 11

terum in his dispensationibus. & Antoni. Rosellus de cōcilijs in.c. Pontifex an possit contra Apostolū vel statum eius &c. nu. 8. fol. 68. in 10. vol. tractatum diuersorum col. 2. versi. sed in contrarium facit quod scribit Innoc.

Prædicta intelligenda sunt, non habere locum quando lex positiva esset fundata aliqua ratione à iure diuino, vel ex mero naturali descendente: quia hoc casu dispensatio Papæ, deberet esse cum causa contra talem legem. Et si fieret sine causa etiam in foro fori non valeret secundum Felin. in. c. ad audienciam in. 2. col. 4. de rescript. exemplificat, casu in quo dispensatio Papæ tolleret actionem: quia licet illa sit de iure positivo, tamen à ratione naturali descendit. Quæ tamen intelligerem vera quando non appareret causa ex qua præsumeretur talem dispensationem præcessisse, ut ipse docet Felin. in.c. si quando. col. 5. versi. dicta per istum textum. derescript. vel quando contra ius naturale, vel diuinum, seu contra constitutionem vniuersalem statum Ecclesiæ concernentem, Summus Pontifex dispensaret in casibus, in quibus pro eo, nisi causam expresserit nullatenus præsumitur. Secus vero in casibus in quibus & alias ad dispensationem concedendam requirantibus ea non stante dispensaret: quia isto casu absque dubio in foro contentioso valeret eius dispensatio.

Tamen in prædictis casibus vel in alijs quibusunque in quibus Papa non nisi ex causa dispensare potest, sine causa dispensauerit ex nuda voluntate motus. Licet talis dispensatio quo ad forum fori contentiosum, & sic militantem Ecclesiæ valeat. Cum ex causa semper Summus Pontifex moueri ad dispensandum præsumatur, ut docet Hierony. Gigas in dict. tract. de pensi. quæstione 6. principal. num. duodecimo. tamen quantum ad Deum & conscientiam nunquam illius dispensatio valida iudicabitur, nec ipsæ tunc à peccato aliquo pacto excusabitur: & ita

12 Gondisal.de Villadiego Hisp.

& ita intelligo glo.in.c.non est.de vo.& Panor. in. c. inter corporalia.nu.32.de transla.episc.& ista conclusio est cōmunis omnium,teste Ferdin.de Loazes in dict.tract.matri.regum Angliae in.4.par.principal.vbi plures Doctores ad hoc citat in chart.55.col.4.versi.vnum:tamen verū est, nu.15.Philip.Dec.consil.112.col.3.nu.3.lib.1.& ibi ponit plures casus,in quibus Summus Pontifex ex causa potest dispensare contra statuta à iure diuino,& ponit ibi regulā.

Nota re- Quòd Papa habet potestatem dispensandi in omnibus causib[us], in quibus expressè prohibitū nō reperitur, que est vtilis regula ad multa;cuius dicti principalis ratio esse potest.

10 Quia dispensatio huiuscmodi sine causa facta , potius factum temerarium,quā dispensatio dici debuit, & potius dissipatio quædam,quā dispensatio debuit nominari,secū dum Alber.Magn.super Luc.6.& Ricard.Medizë villæ in 4.Senten.dist.38.art.9.q.1.char.238.col.1.vbi ad idē allegat D.Bernard.in.3.de consideratione ad Eugen.cap.23.

Est enim sic accepta dispensatio , commensuratio , seu distributio communis:quale est lex ad singulos , secundū legis intentionem,prout circumstantiarum varietas occurrit,& hæc dispensatio si non fideliter prudenterque fiat eam non dispensationem,sed dissipationem iudicat Bona uen. Quem refert Gabr.Biel in.3.lib.Senten.dist.37.q.vni ca.col.4.versi. Tertiò nota,vbi intelligit eum quo ad Deū & conscientiam si hoc constiterit,aut constare debuerit.

His igitur sic enucleatis recollendum est sub breuibus id de quo est nostra disputatio , quòd omnis ; scilicet, irregularitas est de iure merè positivo. Ideoque dispensatio quantumcunque sine causa à summo Pontifice facta iudicatur valida,ac dispensatus à tali irregularitate tutus in foro fori,& foro poli.

11 Si vero dispensatio est de his,quæ diuini,vel naturalis iuris sunt,prout est iuramentum, & votum: dispensatus sine causa

Tractat.de Irregularitate. 13

causa non est tutus in conscientia.ex sententia glo.in. c. nō est.de vot. quam ita intelligit Ioan. de Anan.in. c. in ordinando.col.5.nu.8.de simoni,& Cardin. Alex. in. c.præterea.in.1.col.3.versic.primus est intellectus.de sponsal. Philip. Dec. in.c.quia.in.col.1. de præbend .vbi ad id citat Innoc.in.c.2. de renunt. idem tenet ipse Dec. in consil. 436. col.3.nu.15.lib.3.& gloss. in extrauag.execrabilis. Ioannis Papæ XXII. de præbend.in gloss..

Ex quo infertur homicidam volūtarium dispensatum per Papam ab irregularitate,sine iusta & magna causa esse tutum apud Deum , contra sententiam Ioan. ab Anani. in cap.sicut dignum. §.in super.col.3.nu.10.de homic. & Cardin. Alexan.in.c.miror.50.distinct.

Infertur & secundo si vera est opinio prædictæ glo..in dicta extrauag.execrabilis,in quantum præsupponit plurilitatem beneficiorum solum à iure positivo fuisse prohibitam:quam pro nunc non examino,vt ad corollarium deueniam , quod ex ea talis deducitur'. Dispensationem ad pluralitatem beneficiorum ,sine causa factam à Summo Pontifice absque causa iuris, sed ex nuda tantum & mera voluntate validam esse ac firmam, ac per consequens dispensatum esse tutum in foro conscientiæ, quod in expresso firmat prædicta glo..in dict. extrauag.execrabilis,per doctrinam Innoc. in dict. c. cum ad monasterium. de statu monachi.in superioribus latissimè cōprobata in hac annotatione,istud etiam videtur approbare Philip. Dec. in pre-allegato consil.436.col.3.

Nam in beneficialibus Papa liberam habet potestatem cap.licet.de præbend.lib.6.Clem.1. ad fin. versic. salua tamen: vt lit. penden. & tractat Caccialup. in tract. de pension.q.5.& sit proratione voluntas gl.& ibi Domin.in.c.si gratiōsē.de rescin.lib.6.& hunc discriben inter Papam & inferiores,ponit Felin.in.c.ad audientiam.in.2.de rescrīp. Sed

Sed contrarium probatur ex D.Tho.1.2.quest.9. quem refert Diuus Anto.3.part.titu.:5.cap.1.S.10.col.2.vbi inquit, quod si dispensans nuda voluntate mouetur, non habens intuitum ad aliquod præceptorum, non meretur dici dispensatio, sed dissipatio: ex quo sequitur quod quo ad Deum non est tutus, cum quo dispensatum est. c. si is qui præst.1.1.quest.3. Sed ita est in casu propositæ questio-
nis: igitur, &c.

Vide Pa- Præterea, quod tenes plura beneficia cum dispensatio-
nor.ca.du- ne, in qua non est rationabilis causa dispensandi, quod non
dum.2.nu. sit tutus in conscientia, nec in statu salutis: nisi fiat ob ne-
36.de ele- cessitatem, vel vilitatem Ecclesiæ tenet Panormi. in.c. du-
trio. duin.col.11.num.36.versi. in glossa penultima. de electio.
& in.c.non est.devot.in.c.de multa.col.6.nu.20. de præ-
bend. vbi idem tenet Ioan. Andra. post sanctum Thom.
Idem Panor. in repet.c.extirpandæ. §. qui vero. col.13. nu.
29. & exactè. colum.22. num.43. de præbend. Ioan. de Li-
gna. in tracta. de pluralitat. beneficiorum. col.5. nume.1.8:
versic. conclude ergo impossibile. & Cosmas Gaimier in
gloss. pragm. sanct. rubri. de collationibus. super verb. plu-
ralitatis. chart.70. col.3. & singularissimè per Baptista Ca-
cialup. in tract. de pensioni. quest.19. versi. sed non volan-
do amplius cum intellectu. nu. 67. vbi dicit: ego non po-
nam os ad cælum, circa determinationem huius puncti,
in quo maximi Theologi & Iuristæ maluerunt probabi-
liter dubitare quam diffinire. & Domi. Ioan. Bernard. in
praxi canon. crimin. c.42. vbi tenet talem non esse tutum
in conscientia, idem Ioan. Maior in.4. senten. distinc.24.
quest.6. & quest.7. & Gabriel Biel. distinc.15. quest.8.
colum.15. versic. de dispensatione. vbi plura inuenies de
pluralitate beneficiorum. Idem Gabriel. in expositione ca-
nonis lectio.28. colum. pen. & vlti. & Petrus de Abiaxio
in director.1. electio.2. part. cap.12.num.3.

Et ita

Et ita forte procedit opinio glo. super verb. retinere. in
c. dudum ecclesia Rothomagensi. de electio. inquietis di-
spestationem ad pluralitatem beneficiorum, reddere tu-
tum dispensatum eumque in conscientia liberari, scilicet;
quando talis dispensatio fuit cum causa non alias, quia vbi
non est dispensandi rationabilis causa, si dispensaretur, non
esset dispensatio, sed dissipatio, secundum B.Bernard.3. de
considera. cap.23. ¶ Notandum est, q. habens plura bene-
ficia cum cura, vel plures personatus sine dispensatione est
irregularis, & ineligibilis. c. dudum. in.2. de elect. c. de mul-
ta. de præbend. Guilliel. in specul. tit. de dispensation. §. di-
cendum restat de dispensatione. vers. nunc aliqua. nu. 11.

Circa prædicta queritur, quare fuit inuenta irregulari-
tas à iure positivo? solutio secundum Ioan. de Imola post
Guilliel. in clem. vnic. de homi. propter horrorem, & scan-
dalum. Horribile quippe esset videre, quod ille qui inti-
gisset manum in sanguinem humanum, postea intingéret
manum in sanguinem C H R I S T I corporis, hostiamq;
immaculatam. idem Panorm. in. c. sententiam sanguinis.
2. col. ne cleric. vel monach. idemque dicendum in cæte-
ris irregularitatibus prouenientibus ex causis in hoc tract.
enumeratis.

Nihil enim faciendum cum scandalo populi. argu. glo.
singul. in.c.super eo. de cognita spiritu. in gloss.4. versi. vn-
de forte, quam se nescire alibi ingenuè ibi fatetur Abb. Si-
cul. & Anton. Corset. in singul. 186. verb. matrimonium.
1. & gloss. fin. in.c.3. de reg. iur. c. nihil prodest. de præscri-
ptio. & plures decisiones ponit Ferdin. Loaz. in tract. super
noua paganorum conuersio. in. §.7. in nostræ fidei fauore.

Deinde quæro, irregularitas, virum tollatur per baptis-
mum? & dic quod tollitur omnis contracta ante illum cū
peccato. Archidiac. in cap. deinde.26. distin. Panormit. in
ca. gaudemus. de diuort. num.16. & etiam ea quæ venit ex
sequela

sequela peccati, ut est infamia, & omnis irregularitas homicidij, siue fuerit cum peccato, siue non. secundum Syluest. in summa verb. irregularitas. quæst. 28. & in verb. baptismus in. 6. q. 1. & Angel. eodem verbo baptismus. in. 7. quæst. 3. & in verb. irregularitas. in. 2. in princ. Guillielm. in suo specul. tit. de dispensat. §. iuxta propositionis. versi. ultimo nota. nu. 63. vbi idem tenet Ioan. Andr. in additio. ad eum. Hostiens. in summa de homicid. §. qua poena feratur. versi. & hoc etiam si ante baptismum. Innoc. in. c. presbyterum. de homic. vbi Panor. & Ioan. de Anan. idē Ioan. de Anan. in. c. de his. nu. 7. de accusa. & ibi etiam Felin. col. 2. nu. 7. versi. Secundò fallit, & siue homicidium iustè, hoc est tanquam iudex, siue parendo domino fideli siue infideli peccat occidendo. In primo enim casu ex dicto, vel facto, cogitatione & voluntate tempore sententiaz, quo tempore illo concupiscentiaz mente subiecta seruiunt, scilicet, ante baptismum & qualitercunque verbo, vel opere, vel cogitat in tali homicidio commisso peccando, per subsequens baptismum totum aboletur, & quasi non factum sit habeatur, & sic omnino cum sit peccatum concupiscentiaz in tali homicidio aboliri debet per baptismum, secundum communem conclusionem. Idem obediendo iudici infideli, vel ex suo officio supremo, putà, quia est superior infidelium id faciat vel mandet fieri alteri: quo in casu etiam ex alio capite peccauit exercendo actus iustitiaz, cuius exercitium infideles non habent, carent enim iurisdictione temporali, iuxta illud, Aufertur à vobis regnū, &c. & iuxta illud, Cum venerit sanctus sanctorum cessabit vincitio vestra, sed nec spirituale habent. cap. translato. de cons. Hebræ. 7. stit. & ad Hebræ. 7. Igitur cum omni iurisdictione infideles careant, iudicare non possunt nec debent. l. fin. ff. de iurisdictione. omn. iud. c. at si clerici. de iudic.

Tum etiam quia sunt infames qui normam legis Christianæ

Christianæ abiiciunt. 6. q. 1. c. infames. & actus legitimi sint infamibus interdicti. verba sunt tex. in cap. licet ex quadam necessitate. in versi. nec tamen si unus. de testi. & ibi glo. super verb. legitimi. Ideoque sententia ab eis lata quanuis in se iusta tamen ratione personæ proferentis, qui iudex non est, nec esse potest nulla est. c. venerabili. §. fin. de offic. de leg. c. ad petitionem. §. cum igitur. de accusa. ergo per consequens patet, quod si quis ante baptismum aliquem pronuntiauerit corporaliter puniendum, peccat pronuntiando, quia usurpat quod suum non est, & ex hoc peccato sequitur irregularitas, quæ in baptismō deleri potest, secundum Hostien. in loco supra allegato, & istam partem tenet Panor. in dict. c. gaudemus. de diuort. col. 3. optimis rationibus ductus, ex quibus haec fundari posset opinio optimis fundamentis.

Irregularitas vero bigamiz, omnes supradicti fatentur, quod quando prouenit ante baptismum, non deletur baptismus, quia prouenit non ex culpa, sed ex defectu sacramenti, & tenet Ricard. de Media villa in. 4. sent. dist. 27. q. 2. tex. Augustini in epist. ad Titum, transsumptiuè in cap. acutius. & ibi glo. 1. 26. dist. & in cap. deinde. & ibi glo. notab. in verb. inter peccata. ead. dist. Sylu. verb. irregularitas. q. 28. dicit communem, & Couar. in Clemen. 1. si furiosus. 1. par. §. 2. nu. 5. de homi. quem vide. & text. in. c. 2. ad fin. de cons. dist. 4. ibi totum aboleatur, & quasi factum non sit habeatur: & loquitur in baptismō, ergo omnis irregularitas aboletur per baptismum siue homicidium sit iustè vel iniustè ante commissum, poena autem temporalis in foro Cæsaris non tollitur ex communī relata à Dec. in cap. quæ in ecclesiarum. nu. 17. de constit. & consi. 110. nu. 2. Tiraquell. de pœn. temper. causa. 25..

Tollitur tamen per dispensationem Papæ, ut egregie probat Ioan. Montaign. in tract. de bigamia. in quæst. 7. &

B. quod.

18 Gondisal.de Villadiego Hisp.

quod contrahatur sine culpa scribit etiam Petrus à Baxio
in directorio election.in.2.par.c.20.

Idem est in irregularitate quæ ex defectu natalium ve-
nit secundum Ioan.Montaiga.in loco supra citato.nu. 15.
Angel.à Clauasi.in summa in verb.baptismus.in.7. q. 3. &
Sylu.cod.verb.baptismus in.6.versi.primo vero queritur.

16 Ulterius quæro irregularitas quibus casibus habeat lo-
cum? Respondeo quod solum in expressis in iure & non
in alijs.tex.in.c.is qui.de sent.excom.lib.6.& ab authorita-
te probatur ex sententia gloss.sing.in Clem. quoniam qui.
verb.suspensus.de vita & honest.cler.& tenet Guilliel.in
Spec.tit.de dispens. §.iuxta propositionis ordinem. versic.
& ideo neminem.nu.22.& in versi.generaliter autem.nu.
37.Panor.in.c.dilectis.col.4.nu.20.de appell.& in.c.gaudie-
mus.col.3.ad fin.de diuort.Ioan.de Anan.in.c.1. col.2. de
delictis puer.Dominic. in.c.is qui.de sent.excom. lib.6.
col.1.versi.Notare regulam.& Ioan.de Selua in tract. de iu-
reiuran.q.7.col.2. Dominus præceptor Martinus Nauar-
rus in.c.si quis autem.nu.39.pag.348.de poenit.dist.7. Irre-
gularitas enim nunquam præsumitur, nisi probetur, &
nunquam quis incurrit irregularitatem, nisi in casibus in
iure expressis.vt expressè notat Philip.Franch.in.c.si ciui-
tas. §.is qui.versic.Secundò tene.de sent.excom. lib.6.

17 Secundò clare etiam deducitur, quia poena priuationis
alicuius iuris vel priuilegij, non habet locum nisi in iure
exprimatur.ex sententia glo.in.c.fin.in glo.fin.ibi(quia cū
sit illud poena non debet imponi, nisi exprimatur, quod
sit imponenda)vbi notant Doct.de iure patron.præcipue
Panorm qui in nu.7.reputat eam singul.& Iaso in. l. cum
quidam.col.3.versi.tertiò adde quod poena. ff. de liber. &
posth.& in.l.quod te.col.10.versic. & per istam regulam.
num.31.ff.si cert.petat.& idem Iaso.in consil.86. nume.4.
lib.3.consiliorum.Felin.post Panorm.in cap. querelam.
col.

Tract.de Irregularitate. 19

col.2.nu.2.de iure iuran.Ioan.Lecerier in tract.de primo-
genitura libro.3.quæst.6.number.12.Anton. Corset. in suis
singularibus,in verb.fornicatio.Cosmas Guimier in glos-
sa pragmat.sanctionis rubric.de collat.super parte residen-
tiæ,chart.89.colum.2.secundum impressionem Lugdun.
anni. 1538.Philipp.Deci.in dict.l.quod te.number.54. col.
penul. ff.si cert.pet.cum pluribus alijs concordantijs tradi-
tis à singulari Iurisconsulto & nostra ætate facile præstan-
tissimo,qui omnem mouet lapidem (prout in proverbio
est) Andræa Tiraquelle in Repet.l.si vnquam. verbo, re-
uertatur,number.206.C.de reuocand.donat.Bernard. epi-
scopus Galuritanensis.in praxi canon. crimin. verb. bene-
ficijs priuari.colum..1.cum alijs etiam concordantijs à me
congestis ad tract.Didaci de Segura de bonis lucratris con-
stante matrimon.inter marit.& vxor.chart.231.col.4.nu-
mer.166. versic. tertio dico quod, optimus text. in. l.3. §.
fin. ff.de præuarica.

Ad idem facit,quia nisi lex exprimat poenam deposi-
tionis & sic priuationis,non debet imponi.gloss.in summ.
15.quæst.8.ad fin.in versic.alij dicunt, quam ad hoc dixit
notabi.Iaso.in.l.neque paetio. columna fina. numero.12.
C.de transact.& in dict.l.cum quidam. numero.16.& in
dict.l.quod te.numero.31.& reputat valde notabile Ioan.
ab Anan.in cap.innotuit.colum.2.versic. Sed his non ob-
stantibus.de maledi.

Ad idem facit doctrina Bald.in.c..1.de mili.vaffallo qui
contum.est.col 7.num.24. His accedit etiam casus not.
in auth.de non eligend.secundo nub. §.cum igitur. versic.
fin autem non valuerit.ibi(nec quælibet est lex aliquid ta-
le dicens) quem optimum dicit Doctor solennis And.Ti-
raq.in dict.repet.l.si vnquam.verb.reuertatur.nu.207. C.
de reuocan.donat.ibique allegat plures concordantias. &
est etiam lex nostri regni part.i.it.9.in.l.17. ibi dū dicit,

*Cá la pena no se estiende a mas de quanto dice la sentencia del derecho, o del perulado que la da.**

- 19 Facit doctrina Innocen.in.c.inter dilectos.col.2.de excessib. prælat. inquietis nullum clericum priuatum esse ipso iure beneficio, quantumcumque crimen graue commiserit.
- 20 Ad idem est sententia Ioan.ab Anan.in cap. sicut olim. col.3.de accusa.vbi probat quod poena suspensionis, non est canon laræ sententiae sed ferendæ, argu.glo.in.c. si diligenti.de for.compe.& glo.in.l.iubemus nulli. §.œconomus.verb.priuetur.C.de sacros.eccles.& in.l.si quis in tantam. C.vnde vi. & in authen.habita.C.ne filius pro patre. & in.c.in poenis.de reg.iur.lib.6.& faciunt scripta à Feli. in.c.Rodulphus.nu.33.de rescr.& à Iaso.in.l.rem quæ nobis.nu.35.ff.de acquir.possess.Panor.in. c. clericis. col. fin. ne cleri.vel monach.& in.c.quisquis.de electio.col.2. nu. 6.& Tiraquell.vbi supra.nu.203.

Confirmatur etiam ex celebri & singula doctrina Innocen.in cap.cum nostris.de concess.præbend. vbi inquit clericum homicidam voluntarium, non esse ipso iure suis beneficijs priuatum. Sed est priuandus per sententiam, vbi Ioan.de Imol. dicit hoc idem cōclusum fuisse in Capella Tolosana. patet eius decisio.207. vbi Stephanus Auferius citat alias concordantias:& Selua de benef.3.par. q.2. col. 2.& hoc intellige, nisi à superiore esset priuatus beneficio etiam prætermissum ordinem iudicarium. c: ad petitio nem.de accusatio qui bene inductus facit pro ista questio ne.& istam sententiam Innoc. sequitur Cardin. in Clem. constitutionem. §.cæterum.nu.10. de electione. Igneus in l. necessarios. §.non alias.nu.17 ff. ad Syllania. Dec.in cap. dilecti.nu.2.de except.hanc Innocen.doctrinam esse communem post Imol.vbi suprà dicit. & Ant. Corserus in suis sing.in verb. sententia. versic.clericus homicida. & Ioan.

ab

ab Anan.in.c.inquisitionis.col.2.nu.3.& Felin.num.2. de accusa.idem Felin.in.c.sciscitatus.col.2. versic. adde etiam Bald.num.2. de rescript. Ludoui. Gomesi. vbi dicit hanc opinionem Innoc.communem in.c.1.num.7.de rescript. lib.6.pagella 350.& Andr.Barba.in.c. si diligenter.nu. 108. de foro compe.Philip.Deci.in.c.ex parte.col.2.in.1. notabi.num.3. de rescript.& in consil. 166. incip. Ego Philip pus.col.1.lib.1.Hippol.in praxi causarum crimina. §.post quā.nu. 41. & in consil. 52. incipien. Misericordia dñi me non deserat.col.5.nu.19.libr.1. Thom. Ferrati.in caut.44. incip. Canonicis constitutionibus. Stephan. Costa in tracta.de ludo.in.§.primo.vbi in nu.33. inquit, quod omnes sequuntur prædictam doctrinam Innoc. & Nicol. Plou. in tract.de irregula.nu.30.versic. quadragesima quartæ regula. Dominus Ioan.Ber.in practica crimina.canonica.ca pit.74.& cap.88.& in suis doctrinis magistralibus. doctrina 120. incip. Homicida. & Petr. à Baxio in directorio electionum.in.2.parte.cap.30.

Vbi vide optimam cautelam pro homicida, vt non *cautela*. omittat beneficia, vt ea renuntiet amico fideli, antequā per sententiam priuetur, eandem cautelam ponit. Thom. Ferrati.in dict.cautel.44.& istud dictum probat Ludo. Gomes.in.c.2.nu.41.pagin.168.de constitutioni.lib.6.& Ludouic. Montal.in lib.de reprobatione sent.Pilati.2.art.num.3.& Gomes.in regul.de annali poss. q.42. fol.170. secū dū impressio.mag.ann. 1545. Et quod est dictū in homicida idem est dicendū in rebelli, vt videlicet antequā priuetur beneficio possit illi renuntiare, vt est tex.in.c.cum inter.de re iudica.ponderatum ad hoc à præpos.in.c.ius Qui ritum.1.dist.& Lud.Gom.in alleg.q.42.in fin.verb. vbi dicit bene facere not.à Ias.in consi.86.lib.3. Confirmatur & declaratur ex regula cancellariæ Innoc.octauii.incipi. in Christo,&c. intellecto & accusati de criminibus, quā inue

B 3 nies

22 Gondisal.de Villadieg.Hisp.

nies inter decisiones Rotæ fol. 108.col.3. & est text.in.c. vñ
ritatis. §. nos igitur.de dol.& contu.& in.c. ex literis. versi.
22 qui respondit.de excessib.prælat.

Ex qua doctrina infertur, quod beneficij fructus sunt
beneficiari, post commissum homicidium, antequam
priuetur, & sine lactione conscientiae poterit eos consumere.
re. de quo singulariter per Felin. in cap. de quarta. col. 10.
nu. 32, cum pluribus sequent. de præscriptionib. vi. omnino
Ign. in.d. §. non alias.nu. 14. cum plu. sequent. ff. ad Sylla-
nian. licet aliter sentire videantur Paul. de Castr. & Iaso.
num. 3. in.l. 1. C. de his quibus vt indign. quorum opinioni
satis docte fauet Doct. Didacus Couar. in Epitome super
4. decretali. 2. part. c. 6. §. octauo. num. 7. vbi singulariter &
scienter in hoc loquitur, cum quo semper assentiendu exi-
stimo: quia ritè intelligit. licet Boeri. decis. 98. nu. 4. Simpli-
citer fuerit sequutus Felin. in loco supra citato. Facit pista
vlt. parte Hipp. sing. 268. quem vi. & Corne. in.l. 1. C. de his
quib. vt indign. & Carol. Molin. in consuetu. Parisien. dicit
q. illa opinionem tenent omnes Canonistæ in. i. parte. tit.
1. §. 30. q. 8. nu. 35. vbireprobat Rip. in repeti. l. fin. C. de re-
uo. don. q. 66. inquantu tener clericum omittentem præ-
cess horarias teneri ad restitutionem fructuum beneficij,
quod fuit dictu Ioan. Calde. in.c. 1. de celeb. missa. quem se-
quitur Dom. in.c. fin. col. 1. de refc. in. 6. & in. §. 1. diss. in. 42.
Clauasi. in verb. hora canonica. §. 11. sed iure non probatur
& verior est contraria opinio Card. & Panor. in. d.c. 1. & li-
cer Rip. in loco supra citato dicat se intelligere, ita suisse sta-
tutu in nouissimo concil. Lateran. non apparent nec mori-
bus vtentiū receptu est, & sic nō obligat ea quæ not. gl. &
doct. in.c. 1. de treug. & pace. & Ioan. Gerson in tract. de re-
gula moral. col. 4. nec effet bonu statuere ita: ne laqueus
multitu. lini inijsciatur, quod in legibus cōdendis, & maxi-
mè periculu animz cōcernentibus summopere vitandu

est.c.

Tract. de Irregularitate. 23

est.c. de viduis. 37. q. 1. & latè Io. Gerson in lib. de vita spirit.
anim. lect. 22. nō tñ nego, quin aliter superiorū arbitrio pu-
niri debeat, & Cōcil. Lateran. ponit formaliter Ioā. Ber. in
praxi crimin. cano.c. 49. ¶ Finaliter pro nostra principali
quæstione est text. formalis & singul. in.c. is qui. in prin. de
sent. ex com. lib. 6. ibi, licet in hoc temerariè agat, irregulari-
tatis tamen: cum id non sit expressum in iure laqueu non
incurrit, quæ tex. cōmendat Tiraq. in repe. l. si vnquā. verb.
reueretur. nu. 280. C. de reuocand. donatio.

Vlterius quæro vnde habuit ortum ir-
regularitas? Dicendu φ à iure canonico, quod pro-
batur ex diffinitiōe eiusdē, in qua dicitur. Est impedimen-
tum canonicum. Item ad hoc facit.c. is qui. de sent. excō.
libr. 6. idem tenet Innoc. in cap. ad audientiam. de homici.
& in cap. nisi cum pridem. §. personæ. & ibi communiter
docto. de renuntiatio. ¶ Nec obstat illa authoritas veteris
testamenti. Non ædificabis mihi templum, quia vir
sanguinis es. Quia debet intelligi de morte illicite lata ali-
cui, vt notat Panormit. in cap. 2. colum. 2. nume. §. de vita
& honestate clericorum. Contra hoc in vltimo dicto de
morte illicita, facit quod Paulus homicida fuit, tamen ad
apostolatum fuit assumptus. Ad hoc dicendum, quod ex
reuelatione & permissione diuina fuit excusatus & humili-
lis effectus. ita not. Specul. titulo de dispensatio. §. iuxta
propositionis. versi. nunquid ergo. nu. 8. Sentit ergo Abb.
Pan. ex prædictis φ homicida in casu non lictio iure diu-
no sit irregularis, ita ipse tener in.c. sicut dignu. de homic.

Sed contrarium mihi videtur itaque sittenenda illa opi-
nio Innoc. quæ est communis.

A D D I T I O.

V T satis latè comprobata est hæc opinio in addicio-
ne superiori. num. 2. versi. addendum insuper est.

B 4 . E T

ET ad illam authoritatem. Non ædificabitis,&c. Respōdeo quod illa fuit p̄æfiguratio quædam eorum quæ in nouo Testamento fieri debabant: arguendo à maiori, ut cum Deus non permitteret tūc homi cida m ædificare domum templi multo minus in nouo testamento permitteretur construere corpus & sanguinem Christi vel alia sacra tractare. ita tenet gloss. c. i. de consec. distin. i. quod patet, nam in veteri testamento, vt dicit ibi glos. multi homicidæ fuerunt sacerdotes.

Circa quod est considerandū, q̄ in veteri testamento erant irregularitatem temporales nō perpetuae. Quæ certis diebus excludebant extra castra, vt quando quis tangebat morticiniū & alia huiusmodi. Vna tamen erat perpetua scilicet, quod summus sacerdos debebat habere vnicā & non repudiatam. ita Innocen. in. c. nisi cum pridem. §. personæ. & ibi Hostien. de renuntia.

AD D I T. I O.

H. O. C idem notat Guilliel. in Specul. titu. de dispensationi. §. iuxta. versi. in veteri autem testamento. nume. 5. & Anton. de Rosellis in tracta. de concilijs. §. nunc videamus si papa. numero. 4.

Contrarium tamen credo, imo quod. *Lexit. 71.* in veteri Testamento erant multæ irregularitatem perpetuae. de quibus Leuiti. 21. vbi dicit text. Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offert panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Si cæcus fuerit si claudus, si v̄el paruo vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem sc̄abiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus, omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo.

Ex qua

Ex qua authoritate manifestè liquet multas adhuc esse irregularitatem in lege veteri, quæ in nouo testamento non sunt. ¶ Supposito tamen quod aliquæ de p̄ædictis litera literis assumptæ metaphorice impeditur, vt dicit text. notabi. in. c. hinc etenim. 49. distinct. vbi ponuntur metaphorice omnes p̄ædictæ irregularitatem. *24*

Et si dicatur quæ est ratiō: quare in veteri testamento strictius obseruabatur, quod sacerdotes non essent corpori viriati, quām in nouo obseruatur. Dicendum quod duplex est ratio. Prima quod sacerdotes veteris Testamenti ponebantur, vt incitarent populum illum prōteruum & contumacem ad Dei cultum. Iuxta illud Deutero. 32. Generatio enim peruersa est: & ihfideles filij. Si igitur illi viderent sacerdotes contemhendos, facile contemnerent Dei cultū. ¶ Alia ratio, quia sacrificia veteris legis non habebat virtutē expiādi, vel proficiendi, p̄eter circūcisionē.

AD D I T. I O.

D E circuncisione scribit Petrus Lombard. in libro suo *De circuncisione plus* Sententia. distin. i. in libr. 4. & ibi Doctores Theologi latissimè, maximè Gabriel. quæst. 4. vbi probat, q̄ circuncisio tollebat culpam, & conferebat gratiam ante baptismū. ibi conclusi. 2. licet Petrus Lombard. Magister sententiarum aliter senserit ibi in cap. quare in baptismū mutata sit circuncisio, in penultima linea. & gloss. in cap. quod autem. de consecrat. distinct. 4.

NAM vt ait Apostol. ad Hebr. 10. Impossibile est sanguinem Taurorum, aut hircorum auferre peccata. Cum ergo hæc mysteria non habebant in se reuerentiam, debebant honorari ex qualitate ministrorum. Quæ rationes cessant in sacrificijs nouæ legis, quæ ex se ipsis sacratissimæ sunt purgatorium cunctarum contagionum, vt dicit text. in cap. vestra. de cohabitatione

B 5 clerico.

26 Gondisal.de Villadiego Hisp.

cleric. & mulie. prædictas duas rationes ponit episcopus Abulensis Leuitici 21. q. 1. art. 1. distin. 1.

26 Quero ex quibus causetur irregularitas? Dicendum quod aliquando prouenit ex delicto, quandoque ex defectu. ¶ Ex delicto, vt in excommunicato, vel suspenso, seu interdicto celebrante, de quo per totum titulum de clericis excom. & in c. i. de re iudic. lib. 6. & in cap. i. de senten. excommunicati. eod. libro.

28 Item de celebrante tempore interdicti prætermissa iuris obseruantia, de qua in cap. alma mater. de sent. excom. libr. 6. de quo est text. in capit. is qui eod. titul. traditur per Innoc. & Doctores in c. tanta. de excelsi prælator.

29 Item percussor. vt in toto titul. de homicid. & in titu. de cleric. percusso. ¶ Idem de simoniaco in ordine. vt in cap. tanta. de simoni. ¶ Idem in clericis per saltum promoto, vt per totum titul. de clericis per salt. promot.

Idem in criminis notorio, vt in cap. fina. de tempor. ordinat. notatur per gloss. & doct. in. c. ex tenore. eod. titulo.

Ex defectu vero causatur multipliciter, primo ex defectu natalium: illegitimi enim sunt irregulares. de quo habetur. § 6. distinct. per totum, & de filiis presbytero. per totum.

Item propter defectum vel deformitatem membrorum, vt in toto titul. de corpo. vitiat. & in cap. 2. de clericis. & grotan. ¶ Item propter defectum sacrum: vt in Bigamia in cap. debitum. de bigam. & per totam distinctionem 26.

Item prohibetur ordinari percussus lepra. de quo habetur de clericis. & grotan. per totum. & 7. quæst. 1. per totam.

Item est irregularis arreptitus vel morbo caduco gravatus. vt in cap. maritum. & in cap. communiter. 33. distin.

31 Item est irregularis infamis infamia juris, de quo vide text. singula. in. c. qui in aliquo. § 1. distin. & c. Euthemium. §. hinc colligitur. 2. quæst. 3.

Item

Tractat de Irregularitate. 27

32 Item infamia facti reddit quem irregularem. vt in cap. omnipotens. de accusa. & de hac materia vide optimum tex. in dict. c. qui in aliquo. § 1. dist. & vide text. in. c. nō confidat. vbi plene de irregularitate disponitur.

A D D I T I O N E.

A D D E quod infamis infamia iuris civilis impedit promouendam, & repellit ab ordinum susceptione, secundum Ricard. de Media villa in. 4. distin. 25. arti. 6. quæst. 1. Idem de infamia iuris canonici, etiam post peractam pœnitentiiam ibi. quæst. 2. idem de infamia facti. ibi. quæst. 3. Sylvest. verb. irregularitas. quæst. 6. idem & Angel. in suis summis verb. infamia. Primus quæst. 10. Secundus quæst. 3. cum duabus seq. vbi prædicti Summisti declarant quo modo prædicta infamia contrahitur, & etiam qualiter aboleitur: & adde de hac infamia quod inducat irregularitatem. text. & ibi Ioan. ab Anani. col. 2. nu. 2. de furt. & vide eundem Anani. in cap. ex diligenti. col. fin. de simoni.

Impedit etiam ordinis susceptionem lexus mulieris, vt probat Ricard. in. 4. dist. 25. arti. 4. quæst. 1. post Thom. ibi. quæst. 2. arti. 1. ¶ Ideo que nec mulier potest incurtere irregularitatem, quia ex quo ordinari non potest cessat in ea effectus irregularitatis, qui videtur esse ad impediendam promotionem ordinum promotum, vel administrandam in susceptionis. ita Maria. Socin. in. c. ad audientiam. in. 5. arti. de homicid. quem sequitur Felin. in. c. dilecta. col. 2. nu. 5. de maiorit & obedien. & Ioan. de Selux. in tract. de beneficio. 2. parte. q. 5. nu. 3. ¶ Et etiam servitus secundu. D. Anto. Floren. archipræsul. in. 3. per. tit. 28. c. 6. §. 6. incip. seruus quo-
eunq; genere. & Ricard. vbi supra art. 5. quæst. 1.

ET generaliter irregularitates, dicuntur omnes illæ quæ sine dispensatione prohibent aliquid ordinari, secundum Innoc. in. c. nisi cum pridem. de re,

de renuntiatio. §. personæ. & ibi sequitur Hostien. ¶ Nunc vero de singulis prædictorum exordi licet.

CAPITIS SECUNDI.

Epitome.

- 1 Excommunicatus excoïcatione minori celebrans, quia nisi graniter peccet, non tamen efficitur irregularis.
- 2 Excommunicatus excoïcatione minori eligi an posse? & ei conferri beneficium?
- 3 Excommunicationis minoris duplex species.
- 4 Cantela abundans, non nocet.
- 5 Ratio cur mitius cum lege, quam cum eius ministro agitur.
- 6 Excommunicatus excommunicatione minori, alijs absoluere potest.
- 7 Scire debens se esse excommunicatum excoïcatione maiori, in qua dum esset celebravit, efficitur irregularis.
- 8 Excommunicati, suspensi & interdicti, efficiuntur irregularis si ministrant in officio competenti certo ordini, non alias, ex qua infert aliqua notanda.
- 9 Effectus quæ plures excoïcationis maioris enumeratur.
- 10 Baptizans publicè & solenniter, si est excommunicatus, vel suspensus efficitur irregularis.
- 11 Baptizare solenniter non potest irregularis, & illud faciens do peccat mortaliter.
- 12 Excommunicatus excommunicatione maioris scienter administrans absolutionis beneficium non efficitur irregularis, secus si administrat sacramentum extremæunctionis, & ibi de ratione differentia.
- 13 Sacramentum extremæunctionis est unum de septem sacramentis, nec potest dari tempore interdicti, & ibi aliqua de isto sacramento.

Ignorans

- 14 Ignorantia crassa & supina non liberat clericum celebrantem, excommunicatione maiori excommunicatum à poena irregularitatis, ut potè, quia scire tenebatur se taliter excommunicatum ex precedenti citatione, ex quo fuit contumax, & non respondendo, id eveneri posse: vel forte quia erat fama adminiculata, quod erat excommunicatus, vel fuit certificatus ex amico fide digno.
 - 15 Fama qualis, & quomodo sit probanda? & plura in hac materia.
 - 16 Fama sola facit probationem, ad hoc ut interdictum serueretur, idque qualiter procedat exponitur.
 - 17 Via tutior eligenda est, quo ad forum anime in vitroq; foro.
 - 18 Effectus amicitiæ plures.
- Denuntianti excommunicationem creditur, eo casu in quo deponit se vidisse: secus si ab alio audiuisse denuntiet, & non reddat explicitam denuntiationis causam.
- 19 Ignorantia probabilis excusat à poena irregularitatis, quanvis existens in excommunicatione maiori celebret.
 - 20 Excommunicatus non celebrans, sed faciens coram se celebrare, authorizando si hoc faciat, est irregularis, non alias, scilicet si non autorizet.
 - 21 Excommunicatus tenetur vitare communionem aliorū, etiā excommunicatorum, alias peccaret eis communicando.
 - 22 Excommunicato participans, quo casu hodie sit excommunicatus?
 - 23 Communicans cum excommunicato nominatim à Papa, est excommunicatus maioris excommunicatione, & à solo Papa poterit absolui. & interim celebrans si est clericus efficitur irregularis, si vero communicans cum tali excommunicato à Papa esset laicus, peccaret mortaliter, & maneat excommunicatus excommunicatione minori.
 - 24 Excommunicato denuntiato à quocunque inferiori à Papa communicans in diuinis, est excommunicatus minori, & est ei

- est ei interdictus ingressus ecclesiae, non tamen efficitur irregularis: secus tamen eo casu quo post huiusmodi interdictum ingerat se diuinis in suo officio.
- 25 Excommunicatus nondum denuntiatus, siue sit excommunicatus specialiter, siue generaliter, non est vitandus.
- 26 Clericus excommunicatus impediens diuinum officium, etiam violenter expelli potest sine metu excommunicatoris, à loco in quo diuinis celebrantur, & tales sic impedientes sunt excommunicati, & etiam si sint exempti ab alio quādā Summo Pontifice nō possunt absoluī à tali excommunicatione.

CAPVT SECUNDVM.

T primo de excommunicato ministrante circa quam irregularitatem est distingueendum. Quia aut est excommunicatus excommunicatione minori, aut maiori.

Si minori licet celebrans peccet: nullius tamen notam irregularitatis incurrit, vt in capit. si celebrat. de cleric. excomm. minist.

ADDITIO:

AD idē adde Panor.in.c.quisquis.col.2.nu.7.de elect. & in.c.significavit.col.1.nu.2.de sent.excō. Et in.c.cū causam.col.3.nu.11.de appell.& in.c.à nobis.col.2.nu.5. de exceptio. & in.c.intelleximus.nu.4.de iudi.sing.& in expresso hæc tenet Hostien.in summ.de cler.excomm.minist. §. qualiter puniantur.versic.suspensiautem à canone:& est optima.l.6.tit.9.part. 1.

Prædictum tamen tex. eiusque conclusionem in.d.c.si celebrat. de cleric.excomm. minist. intellige q̄ duntascat excommunicatio minor excludit à perceptione sacramentorum, vt prædicti dicunt, non tamen à diuinis, ynde nō prohibetur intrare ecclesiam: nec orare cum alijs: nec audire missam

missam: sed celebrare aut eucharistiam sumere prohibetur, secundum Petr.de Palud.in.4.senten.distinct.18.q.5. art.6.vbi Gabriel dicit hanc communem Doctorum opinionem an. in quæst. 3.conclusio.9.artic. 3. dub. 1. & Diuus Antonin. Archipræfus Florent.idem tenet in.3. part. titul. 45.cap.2 §.1.& est de mente Angel.in summ. verbo irregularitas. numero. 43. & Sylvest. verb. excommunicatio.cl.4.versus finem, licet alij & prædicta lex partitæ ve- lint, quod intelligatur de omnibus officijs & horis canonice, quanvis non celebraret, & sic sacramenta perciperet.

Procedit etiam prædicta conclusio siue talis minor excommunicatione sit lata à lege, siue ab homine, secundum Panorm.in dict.cap.si celebrat.num.4.& tenet iste Dominus author infra cap. proxim. 3. in princ. licet secundum eosdem excommunicatione minor non sit in visu in quantum fertur ab homine, idem tenet ipse Panor.in. c. si diligenti.col.8.versi.ex qua nota.nu.22.de for.compet. ¶ Præ- tare enim aliquem à sacramentis non est aliud quam minorem excommunicationem in eum proferre. c. à nobis. de sententia excom.& in dict.c.si celebrat.licet lex partitæ intelligat prædictum texrum, in excommunicatione so- lum lata ab homine. Et ad rationem Innoc. in quantum in dict.c.si celebrat,inquit,quod ideo peccat celebrando, quia est in mortali peccato: arbitror dicendum non esse veram de iure:quia huiusmodi minor excommunicatio infligi- tur communiter propter veniale & non mortale peccatum, secundum communem conclusionem in.c.sacris. de his qui vi met.causa sive. & est communis Canonistarū & Theolo- gorū secundum Gab.Biel, vbi melius quam alibi explicat hanc conclusionem ad utramque partem in.4.Sent. dist. 18.quæst. 3.notab.5.versic.quintum notandum. & secun- dum Martin.Nauar.de pœnit.d.7.c.si quis autē.col.2.quæ opinio fuit D.Tho.in.4.Sent. d.18.q.2.art.4. quæstion. 2. & optimè

32 Gondisal.de Villadiego Hisp.

& optimè explicat Herueus Britonus in quodlib.8.quest.
18.fol.155. quem vide, vbi tenet quòd minor excommuni-
catio excludit hominem à sacramentis, & querit an sit
mortale peccatum,

Potest tamen esse ratio, quia dicendo missam percipit
sacramentum, quod est prohibitum sumere. Ideoque cum
agat contra prohibitionem peccat mortaliter, ex mente
communi in dict.c.si celebrat, non tamen sic est in alijs of-
ficijs se ingerendo, vt supra deduxi.

Effectus excommunicationis minoris. Efectus excommunicationis minoris quot sint po-
nit. Joan.de Lignano in tractat.de censura ecclesiast. §. 13.
& Gabriel in.4.senten.dist.18.q.3.conclus.9.art.3.dub.1.

2 Circa predicta est dubium, an excommunicati minori
excommunicatione tantum possint conferri ecclesiastica
beneficia, & utrum beneficia in tali statu collata possint
licitè retinere? & quòd eligi non possit est casus in cap.si
celebrat. de clero excomm. minist. vbi dicit, quòd talis
non potest eligi pro eo, quòd ad susceptionem eorum à
sanctis patribus est priuatus, idem notat Panorm. in.c. illa
quotidiana.col.2.nu.5.de electio.& in.c.significavit.col.1.
nu.2.de sent.excom. Joan.de Ligna.in dict.tract.de censu-
ra ecclesiastica. §. 13.& Gabriel in.4.Sent.dist.18.q.3.con-
clus.9.art.3.Martin.Nauar.de pœnit.dist.5.in.c.fratres.nu.
38.sed nulli dubium est quòd ad hoc datur clero eccle-
siasticum beneficium, vt sacramentum ordinis suscipiat,
& minister sit in administratione aliorum sacramentorū,
ergo videtur quòd minori excommunicatione excom-
municato ecclesiasticum beneficium conferri non possit.

Idque probatur in.c.postulaстis.de cler.excom.minist.
versic.quòd cum excommunicatis. Rot.in antiq. decisio.
362.& decisi.719.Deci.confil.522.col.1.Petr. à Baxio in
directorij election.in.2.par.c.10.Cassad. in decisi. 1. inci-
pien. non valet collatio beneficij facta excommunicato
etiam.

Tractat.de Irregularitate. 33

etiam occulto. sub tit. de præbend. & Paul. de Citadin. in
tractatibus patro. in art. 3. sextæ partis.q.36. nu. 61. vbi pro
singulari expositione dict. c. postulaстis.sed text. iste vide-
tur esse potius in aduersum nostræ conclusionis quam in
eiusdem fauorem. Cum ibi probetur de illis excommuni-
cationis quibus ecclesiastica beneficia conferri non possunt,
quòd cum eis communicari non debet, sed cum excom-
municatis minori excommunicatione licet communica-
re.c.pen.de sent.excom. ergo videtur quòd hoc solum in-
telligi debeat de maiori. maximè cum nomine excommu-
nicationis intelligatur de maiori. prout est tex.in.d.c.pen.

Pro absolutione præsentis questionis est notandum q.
sunt duæ species excommunicationis: vna quæ excludit à
sacramentis tantum, quæ frequentius contrahitur à iure
propter participationem cum excommunicato excom-
municatione maiori. c. à nobis. & ibi Panor.num.4. d. ex-
cept.c.nuper.de sent.excom. Sylvestr. in summ. verbo ex-
communicatio. Quandoque infligitur ab homine per
sententiam.c.2.5.q.1. Alia est species minoris excommu-
nicationis, quæ non contrahitur à iure. Sed infligitur ab ho-
mine tantum, & separat à communione fidelium aliquo-
rum, & non sacramentorum. c. præsentis.5.q.2.&.5.q.4.c.
in loco.c.placuit.18.dist.& in.c.fin.58.dist.& ad probatio-
nem huius distinctionis adde.l.5 tit.9.par.1. Sed in istis iu-
ribus multum extenditur nomen excommunicationis:
quacunque autem istarum excommunicationum, cleri-
cus sit excommunicatus, si in eo non est aliud quòd obser-
vatur sibi potest secundum opinionem aliquorum ecclesia-
sticorum beneficium conferri, quod non per electionem ha-
betur: & illud potest licitè retinere, quia hoc non inueni-
tur in iure prohibitum: & facit quia iura illa quæ prohibe-
bent excommunicatis ecclesiastica beneficia conferri. ex-
presse loquuntur de excommunicatis excommunicatio-

*Lex parti
tae.*

C ne ma-

ne maiori, nulla pehitus mentionem facientia quo ad hoc de excommunicatis excommunicatione minori, ut patet in iuribus supra citatis in versi. Idque probatur, &c. & in c. cum bonae in glo. suspensi de astate & qualita ordinis. Alijs in hoc videtur dicendum, quod sicut electio excommunicati excommunicatione minori, quae excludit a sacramentis non est irrita ipso iure, sed irritanda. dict. cap. si celebrat. Sic quanvis collatio beneficij ecclesiastici facta tali non est irrita ipso iure, tamen est irritanda, si probari potest in iure quod tempore collationis sibi facta erat excommunicatus, excommunicatione minori. nam enim collatio est aliquo modo electio. Cum enim episcopus dat alii cui clericis aliquod beneficium ecclesiasticum, inter multos eligit ipsum ad illud beneficium: unus enim breuiter eligere potest unum de multis, cum illi potestas est concessa seu collata, & videtur quod ille qui tali contulit sit priuatus ipso iure, hac vice illius beneficij collatione, quia scienter elegentes talem priuatu sunt iure eligendi hac vice. o. cum in cunctis. §. clericis. vbi Dec. col. 1. numr. 6. de elect. & in cap. scriptum est. in fin. eod. tit. Panor. in c. cum in iure, col. fin. de electio. & gloss. pragmatica sanctionis. Cosmo. Guimier. in tito: de electio. verb. priuati. chart. 40. colum. 3. & Nicol. Boer. decisi. 290. col. 1.

Et probatur etiam quia si minori excommunicatione ligatus esset eligibilis, non absolveretur a tali excommunicatione minori ad obtainendum beneficium, ut patet in literis ad beneficia: quia frustratoria esset hec: absolutio cum absque ea sit illi prouisum. arg. tex. in l. vni. C. dethesau. lib. 11. & non debet esse nec syllaba sine virtute operandi. l. si quando. delegat. 1.

4 Sed forte dici posset, quod ponitur ad maiorem prouisionem & cautelam, quae minime nocet. l. testamentum. C.

Lex regni. de testam. sed pro ista parte est. l. 6. tit. 9. part. 1. ibi (mas no
pueden

pueden eligir a el.) & est tex. in c. illa quotidiana de elect. & est suspensio seu excommunicatio canonis, prout est ibi glo. & c. si celebrat de cleri. excom. Flor. 3. p. tit. 25. c. 2. §. 1. & hoc quod possit eligere & non eligi intelligit dict. l. part. in excommunicatione iuris. In excommunicatione tamē latet ab homine, & sic à iudice, nec eligi, nec eligere potest, ibi, mas si el prelado o otro alguno que la pudesse fazer lo descomulgasse, est once no dene de acertarse en election, nin pnedeser elegido. & concordat tex. in c. cum inter R. de elect. vbi dicitur, quod suspensi nec eligere, nec eligi possunt, & in cap. cum dilectus. & ibi glo. super verb. à suspensis. versi. & hæc quæ dicuntur. de consuet.

Mitius enim agitur cum lege quam cum eius ministro. 1. Celsus. ff. de arbit. cuius ratio est; quare plus punitur suspensus seu excommunicatus ab hominie, quam à lege tantum. Quia qui cōtemnit iudicis præceptū, quod est factū legis autoritate, simul cōtemnit legē animata & inanimata. minister enim legis quodammodo lex animata est. Lex autē scripta est inanimata. & ideo mitius agitur cū lege, quam cū eius ministro, & quia vox viua efficacius mouet, quam scriptura tantū. ita Ricar. de Media villa in 14. Sent. du 18. art. 4. q. 4. & in proprij terminis est. l. 6. tit. 9. part. 1. & q. prædicta excommunicatio minor reddit excommunicatum inhabile te. Lex parti excommunicatio minor reddit excommunicatum inhabile te. ad quodcumq; beneficium ecclesiasticū cōsequendū satis clarè constat ex adductis in cap. questionis. ¶ Vnde dicit 6 Innoc. q. nec dignitatem aliquā consequi potest, nisi prius absoluatur: etiā si eligentes hoc ignorant, scilicet, in c. si celebrat. vbi gl. & coiter Doct. de cleri. excom. minist. & hec opinio est cōmuni secundū Ang. in sum. verb. excommunicatio. el. 1. q. 1. & ad opinionē relatā aliquorum cōtrarium volētiū, dic q. nō est simile de adēptione bñficij ecclesiasti ci p electionē, & de adēptione simplicis bñficij ecclesiasti ci p collationē: in prima enim adēptione eo q. mod⁹ adipis

C 2 cendi

36 Gondisal.de Villadiego Hisp.

cedi sit solenior: & beneficium sic adeptum quo ad hoc est dignius & honorabilius: ideo in adipiscente requiritur dignitas maior & idoneitas, itaque si fuerit excommunicatus minori excommunicatione, eligi non possit.

Absolutionis beneficium impendere potest excommunicatus minori excommunicatione Panor. in. c. duobus. nū. i. de sent. excom. sed fallitur ipse quod imo nō possit, tenet Heruetis in quolibet. 8. q. 21. vbi diligenter hoc probat, cuius dicta hic pro inserta habeat.

7 **S**i vero maior, aut scit se esse excommunicatum, vel scire debet, aut nescit, primo casu irregularis est: si facit aliquem actum suo ordinereseruatum. In primis querendum est, an talis excommunicatus immiscens se diuinis peccet mortaliter, & videtur quod non, tali arguento, nullus faciendo bonum peccat, talis excommunicatus maior excommunicatione facit hoc bonum opus, ergo &c. In contrarium, inobedientia est peccatum mortale. c. 2. de major. & obedi. & iste talis est inobediens, ergo, &c. Breuiter dicendum est, quod perfecta ratio praecepti consistit in hoc: quod aliquis facit contra superioris praeceptum, non autem si faciat contra monitionem vel consilium, constat autem, quod praeceptum ecclesie est de hoc, quod excom. maiori excommunicatione excludatur a diuinis, & ideo quicunque facit contra hoc sit excommunicatus maior excommunicatione immiscendo se diuinis, siue etiam alijs participando cum excommunicato in eisdē simpliciter inobediens ecclesia, & facit contra preceptum eius, ergo peccat mortaliter, nec his obstat argumentum supra deductum in oppositum, nam licet faciat bonum opus ex genere, non tamen bene, & ideo peccat. Ita Herueus in quodlib. 8. quæst. 17. nam qui sed aliter quam debet rem, & meritum perdit.

Notan-

Tract. de Irregularitate.

37

Notandum est enim iuxta hoc, quod tunc demum excommunicatus, interdictus, vel suspensus, ex contractatione diuinorum incurrit irregularitatē, si administrat aliquod officium pertinens ad certum ordinem. vt est tex. in. c. i. de cleri. excom. minist. & ibi tenent Doct. facit tex. in. c. i. de re iudic. lib. 6. & in tale quomodo illud officium pertinet ad aliquem ordinem de iure & consuetudine si enim pertineret de iure ad certum ordinem, de consuetudine tamē expediretur per non ordinatos in illo ordine: vt est dicere epistolam sine apparatu, vel dicere responsum in choro, vel ministrare in altari presbytero celebranti exercens huiusmodi actus excommunicatus, suspensus vel interdictus non incurrit irregularitatem. ita notat Innoc. in. c. tanta. de excessib. prelat. quem sequuntur communiter Doctor. ita tenet Ioan. Andræ. in dict. c. i. de re iudic. lib. 6.

A D D I T I O N E

IDE M tenet Guilliel. Duran. in Specul. tit. de dispensation. §. iuxta propositionis ordinem, versi. hoc etiam. nū. 27. & Angel. de Clauasio in sum. verb. irregularitas. versic. Tertiodecimo incurritur. num. 40. & singulariter per Syluest. in sua summa eod. verb. irregularitas. versic. Decimo tertio quæritur. illud nū. 56. Angel. de clauasio. curribit.

Excommunicationis maioris effectus explicat Höftieni 9. in summ. de senten. excom. §. quis sit eius effectus. & Diuus Antoni. in. 3. par. tit. 24. c. 76. quinquaginta & nouem ordinatim ponit Ioan. de Ligna. in tract. de censura ecclie. s. 25. & aliquos etiam recitat Nicol. Ploui. in tracta. de excommunicatio. §. de secundo scilicet de effectu excommunicationis. Ang. in sum. verb. excommunicatio. el 9. & Syluest. eod. verb. excōmunicatio. in. 3. vbi ponit 22.

Ibiique probat excommunicatum maior excommunicatione si folēniter baptizet eo ipso irregularitatis mācula

C 3 pollui.

pollui.idem probat ipse in verb.irregularitas. quæstio. 13.
vbi ad id.citat Pet.de Palud.tenet Diuus Antoni.3.par.tit.
24.cap.76.col.2.versi.sexto excommunicatus,& satis ex-
ætè hanc probat Ricard.de Media villa. in. 4. Senten.dist.
18.art.7.quæst.5.& istam tenet Nicol. Plou. in tract.de ir-
regularit.regul.49.num.32.

- 11** Similiter omnis irregularis non potest aliquem solen-
niter baptizare secundum Ricard.de Media villain.4.Sen-
tentiarum distinctione.18.art.4.quæstionē.4.columna.2.
& id faciendo peccaret mortaliter, vt probat apostilla Pa-
norm.in rubri.de cleric.excommunicantistran. vbi refert
Sand.Thom.ibid.
- 12** Quid vero de excommunicato scienter, qui absolutio-
nem in foro pœnitentia tribuit, vtrum ex hoc efficiatur
irregularis? & primo videtur quod sic, quia sic absoluere
pertinet ad officium sacerdotale, ergo consequens cum sit
officij incurrat irregularitatem.

Præterea excommunicatus maior excommunicatio-
ne scienter administrans sacramentum Extremæ vñctio-
nis irregularitatem contrahit, secundum Ricard.in.4.Sen-
ten.distin.18.artic.7.quæst.5.ergo idem fatendum videatur
de alijs sacramentis.

Ad idem est opinio Ioan.Andr.in additio.ad Guilliel.
Duran.in Specul.tit.de dispensat. §.iuxta propositionis or-
dinem.num.32. sed tamen loquitur in absolitione facta
cum solennitate, sicut ibi dicit Specul.quando impenditur
cum orationibus, stola & psalmum pœnitentiale, &c.
quo casu est ordinis,in quæstione igitur proposita videtur
dicendum contrarium, quia non inuenitur in iure expre-
sum, quod excommunicatus maior excommunicatione
in foro pœnitentia absoluens, contrahat per hoc irregu-
laritatem, poenæ legum interpretatione moliendæ sunt,
potius quam nimis exasperandæ.cap.pœnz. de pœnitentia
distin.

distin.i.idq; satis probatum existit ex his quæ dixi in prio-
ri cap.huius tract.num.16.versic. Ulterius quæro irregula-
ritas quibus casibus,&c.

Præterea talis absolutio non fit cum solennitate,& ideo
videtur quod transgressio non solennis suspensionis ab or-
dinis executione, quod non inducat irregularitatem prout
est de mente Guilliel.Duran.in Specul.vbi supra. & Ioan.
Andræ.ad eum in loco supra proxim.citato, quia non est or-
dinis sed iurisdictionis, secundum Innoc.in cap.tanta. col.
1.num.3.de excessib.præl.& ideo dico non esse simile de
administrante sacramentum Extremæ vñctionis, & de
absolutione in foro pœnitentia, quia sacramentum Extre-
mæ vñctionis communiter administratur cum aliqua so-
lennitate,& ideo excommunicatus scienter ipsum admini-
stratis est irregularis.

Nec etiam potest dari tempore interdicti. text. in cap.
quod te.de pœnit. & remission.Calderin.de ecclesiast.inter-
dict.in.2.part.§.sed potest quæri. num.12. Et de hoc sa-
cramento Extremæ vñctionis, vide Petrum Lombardum
Magist.Sententiarum in.4.libro dist.23. & ibi Ricard.de
Media villa,& Angel.in summ.verb. Vñctio extrema. &
Sylvest.eodem verb.vñctio.

EX quibus infertur quod excommuni-
catus, vel suspensus benedicens mensam non est irre-
gularis, quia illud officium non est reseruatum de iure
certo ordini.

AD D I T I O N E M

HOC idem tenet Guillielm.Duran.in Specul.titul.
de dispensationib. §.iuxta propositionis. versic.sed quid
dices.num.31.& Angel.à Clauasio in summ.verb.Bene-
dictio:quæst.8.

INfertur etiam quod nedium ordinati in
sacris ordinibus possunt incurtere irregularitatē: sed etiā
in minoribus constituti ministrando in ordine suo modo
predicto, pro quo est tex. in. c. 2. de cleri. excom. ministran.
& in. c. clericī. eod. tit.

A D D I T I O.

CONSTITUTI in minoribus ordinibus suspen-
di & deponi possunt gl. verb. diaconus. in c. si quis episco-
pus. de cleri. excom. minist. & ibi Panor. idem Panor. in. c.
Si quis presbyter. eod. tit. & in. c. cum non ab homine. col.
nu. 3. de iudic. vbi Decius notab. 3. num. 4. facit gl. notab.
in summa. 3 2. dist. quæ dicit, quod quilibet ordo, sacer
dicitur, quam dixit singular. Antoni. Corset. in singularibus
suis verb. accusatio, & latè Roderic. Suarez in disputatione
quest. in materia maioratus. col. 19. versic. confirmo. num.
3 4. vbi additio.

INfertur etiam quod nullum habens or-
dinem celebrans, modo predicto incurrit irregularita-
tem, & sic moniales quantumcunque excommunicatæ, in-
terdictæ vel suspensa exerceant diuinâ officia: etiam princi-
cipaliter officiantes in choro, vt illa quæ dicit capitulum
vel orationem incurrit irregularitatem. Idem dico si hoc
faciat tempore interdicti. Probatur hoc per predicta, quia
per irregularitatem contrahendam regreditur, quod quis
ministret in suo ordine. Iste vero (vt liquidè patet) nullū
ordinē habet. Idē dico in alijs laicis, isti yero si in apparatu
exerceant aliquādo actū referuatū certo ordini nō debent
ordinari. vt in. c. 1. de cleri. nō ordin. minist. nō ex capite,
quia excommunicatæ celebauerunt. Sed quia hæc gesserunt
non ordinari, ita notat Galderi. in tractat. de ecclesiast. inter-
dict. & Francis. in. c. si celebrat. de cleric. excom. minist.

ADD. I.**A D D I T I O.**

P R O singulare expositione adde Angel. à Clauasi. in
summ. verb. irregularitas. in. 1. nu. 38. & Sylvest. eod. verb.
q. 12. & Ioan. Bern. in praxi crimin. canon. c. 12.

HIS primo præmissis principio re-

deo ad illud, quod excommunicatus maiori excom-
municatione, qui scit vel scire debet se esse excommunicata
tum, si celebrat vel agit in officio sicut prius: incurrit irreg-
ularitatem. vt in. c. apostolicæ. de cleri. excom. ministran.
Dixi vel scire debet, si enim nescit: ignorantia tamen est
crassa & supina non excusat, vt in dict. c. apostolicæ.

A D D I T I O.

IGNORANTIA crassam & supinam nemine ex-
fare, imo quod fortius est, habere vim sciæ firmat Lüd.
Rom. in consi. 34. circa primum articulum: col. fin. versi.
circa ultimum. vbi allegat tex. in. c. 1. de postu. prælat. &
ibi est bona glo. quæ allegat alia iura. latè Hippoly. in. l. qui
falsam. num. 88. ff. ad legem Cornel. de fals. & in. l. qui igno-
rans. eod. tit. col. 3.

EX quo infertur, quod si clericus, cita-
tus per iudicem ecclesiasticum extiterit contumax,
demum absens. & ignorans fuit excommunicatus, post hoc
celebrauit, ignorantia non excusat eum ab irregularitate,
debuit enim cogitare istud evenire ita Lapus quæ sequi-
tur Petrus de Ancharran. in. cap. quia cunctis. de concess.
præbend. lib. 6.

Item aduertendum, q̄ dicitur crassa ignorantia. Si iste
per famam cognouit se esse excommunicatum, & non
credens ingessit se celebrari diuinorum, pro quo est. text.
in. c. illud. de cleric. excom. minist. quod intellige. vt sta-

C 5

42 Gondisal.de Villadiego Hisp.

tim dicam. Ignorantia quando excuset. vid. Rip.lib.2.responsum.c.12.col.2.num.1.& singulariter per Deci. qui est omnino videndus in. c. 2. de consti. in. 1. lectione nu. 7.col.4.prosequitur per conclusiones, quas hic addere superfluum existimai cum sit Doctor peculiaris Decius, & ibi sint scriptæ.

A D D I T I O.

HANC conclusionem tenet Panor.in.d.cap.illud.de cleri.excom.minist.vbi dicit ibi esse ad hoc textum valde notab.& q̄ quotidie contingit, quod episcopi excommunicantur in curia, & non habent notitiam excommunicationis nisi per famam tantum, idem etiam tenet & per aliquam probat additio Panor.in.c.cum contingat.nu.4.super verbo, Fama inducit.versi. notabis etiam quid ad hoc de rescriptis, & Angel.in summa verb.irregularitas.in.1.num.41.intellige tamen quando fama esset sufficiens.nam dicta paucorum nō faciunt famam.c.inquisitionis.§.quæsiuisti. & ibi bona glo.& Ioann.de Anan.de accusa.glo.optim, in dict.c.illud.& in. c. apostolicæ.verb. ignorantia ad fin. de cleri.excomm.ministran.

Et fama qualis beat esse? & qualiter sit probanda? latè scribit Dec.in.c.veniens.col.5.de testi.singul.in. c. dilecti.col.3.versi.in glossa in verbo,fama.de appella.vbi omnino vide in.hac materia,& Feli.in.d.c.veniens.nu.7. cum pluribus subiectis.Francisc.Balb.in Repet.l.Celsus. col.13. nu.43.ff.de vsu cap.Iaso.& Rip.in.l.rem quæ nobis. ff. de acquir.poss.primus num.37.secundus col.pen.numer. 56. Corasi.in.l.admonendi.col.fin.versi.postremo ff.de iure-iurand.Dec.cōsil.57.diuino implorato præsidio.col.2.nu. 4.Cassado.in suis decisio.rub.de probatio.decisio.2. & 3. Hippol.consi.20.nu.40.& in singul.97.incipi. Fama sola latissimè per eundem Hippol. in.l.de minore. §.plurimū quoque.

43 Tra&stat.de Irregularitate.

quoque.nu.27.ff.de quæsti.decisi.capellæ Tolos.379.Petr. de Ferrari.in practica inform positio.actor. super verb. itē quod de prædictis omnibus chart.(mihi parua)53.col.4. num.3.& bona lex regni.7.part.titul.30.in.l.3.incipi. *Fama Lex par seyendo.* Crederem tamen quod ista fama ad hoc vt iste ita. quæ dicitur suspensus, excommunicatus, vel interdictus, inducat irregularitatem per prædictum casum dicti. c. illud. quod debet esse talis, quæ procedat à fide dignioribus, nā huic famæ standum est.& non alie.argu.tex.in.l. cum qui dam. §.quod dicitur.versi.quid ergo si ipsa. ff. de acquir.hæ red.Iaso.in.l.is potest.num.81.ff.eo.tit. & tenet in expresso Innoc.in cap.qualiter & quando.col.1.de accusa. Hippol. in consil.76.col.4.nume.20. lib.1. nec enim statim tenetur credere, licet illi dicatur ab aliquibus, glo.in.c.si quis præpostera.50.distin.& glo.in.c.quam magnum.23. quæst.4. & non tenemur alij credere, nisi nobis fidem faciat sui dicti.l.1.in princip. ff. de eo per quem fact: er. & ibi concord: in gloss. verbo quanuis. & per Tiraquell. de vtroque retract. numero.373.colum.2.numer.7.& probatur ex Gabrie le in.4.Sententiarum distinct.15. quæstione.16.articulo.3. dubio. 2. credulitas an & quando excuset, & quando sit probabilis & recipienda, vid. Petrum Parisien.consil.165. numero. 9. & numero. 29. volumine.4. credulitas enim debet esse probabilis & discreta quanuis non sit manifesta. tex.optimus in cap.inquisitioni.in fin.de senten.excom.& ibi glo.& confirmatur ex Angelo Clauasi.in summ. verb. excommunicatio.8.versie.resignata. numero.15. Facit illud Salomonis, Ecclesiast.19. Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur, nimia credulitas dicitur stultitia, vt satis bene probat optimus Consultus Ioann. Neuizan. in Silua nuptial.libro.4.numero.55. vbi ad id citat aliquos authores. Quæ tamen procederent, nisi ex conscientia cul pæ præcedentis, hæc illi ad credulitatem inducerent, iuxta

44 Gondisal.de Villadiego Hisp.

Prov. 14. iuxta illud Salom. in Proverb. 14. Innocens credit omni verbo. astutus considerat gressus suos. Et Cicer. in epist. famil. epist. 20. credulitas enim error est, magis quam culpa, & quidem in optimi cuiusque mentem facillimè irrepit: vel forte quia ex dictis plurium insurgeret notabile dubium, quia sic non effugeret irregularitatem non abstinentio: quia in istis spiritualibus debemus tenere quod tutius est. glo. in cap. 1. verb. publicè. de postula. prælatorum, vbi hoc dicto munita dixit. ¶ Quòd fama sola facit probacionem sufficientem, ut interdictum superioris seruetur: sicut dicimus quo ad excommunicationem per dict. cap. illud. de cleric. excom. minist. & ibi in proprio loco dicit illam glo. esse singul. Panor. in num. 17. Et prædictam glo. intelligit Philip. Dec. in c. prudentiā. §. sexta. nu. 11. de offi. deleg.

17 In foro animæ vt tutor via eligatur, ne incidat quis in irregularitatem, non tamen quo ad forum contentiosum, ne obsint ibi tradita à Decio. Nam in dict. c. illud. non dicitur quod repellatur à iudicio propter solam famam in foro contentioso, vt declarat idem Decius in cap. ad hæc. de postul. prælatorum. nu. 27. ad fin. & opinionem prædictæ glo. sequitur Pet. à Baxio in directorio electio. in. l. parte cap. 20. facit tex. in. c. iuuenis. de sponsa. & glo. in. c. vni. verbo, & stimare. de scruti. & glo. fin. in versi. credo. quòd cum dubitatur. in. c. dilectis filijs. de appell. & in extrauagan. execrabilis. verb. verbaliter. ad fin. de præbend. Ioann. Papæ XXII. & quæ tradit Martinus Nauarrus in. c. si quis autem. de pœnit. dist. 7. nu. 4. & singulari. ibi num. 35. versic. Septimo infertur, vbi vide.

Quod ego intelligeré, quādo illa fama esset aliquiliter adminiculata: alias autē nō dicitur esse fama, sed vana vox populi, quæ audiēda non est. c. Osias. de elect. & in. l. decurionū. C. de pœn. p ea quæ notat

Traſt. de Irr egularitate. 45

notat Bart. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de quest. & Abb. in. c. veniens. de testib. Et quod dictum est de fama, procedit etiam in assertione multorum: nam eis credendum est, quod notat Abb. in dict. c. illud. pro quo est text. not. in ca. vni. de cleri. per saltum promo.

Ideam rederem de dicto vnius. Stille est amicus excō. 18 munici. de quo non sit verisimile quod cum fallat: pro hoc facit gloss. nota. in Clem. causam. de electio.

CR E D E N D U M enim est tali amico, cum si alter ego vide plures amicitiæ effectus, per Didac. Segur. in Re pet. l. imperator. nu. 17. vsque ad nu. 29. vbi plura inserui ad eum in meis additionibus. ff. ad S. C. Trebellianum. & Andræ. Tiraq. in rep. l. sive quam. verb. libertis. nu. 75. cū pluribus sequentibus. Ciderat hoc dno. & forte si hæc cunctatio illi induceret credulitatis causam, quamvis esset erronea: credendi se esse excommunicatum, si celebraret peccaret, quia conscientia erronea æqualiter ligat, & obligat, si eut resta, quia non minus peccat faciens contra conscientiam erroream, quam contra conscientiam rectam: sed æquale peccatum incurrit uterque, secundum Robert. Holkot. in 3. lib. Sent. q. 1. sc. art. princ. litera PP. forte si fuit informatus se esse excommunicatum, quia tale fecit quòd est falsum, vel ex aliqua alia causa erronea, & ipse ductus credulitate hac, celebraret, certè si verum non esset esse excommunicatum, sed id cogitans celebraret, quia est id contempnū clavium peccaret, vt dictum est, aut credidit ex causa erronea, quæ tamen vera erat, quia motus superior forte ad petitionem alicuius ex illa erronea causa iniustè & ex abrupto eum excommunicauerat; certè crederem, quia cum excommunicatus esset, & id ipse crederet, nihilominus celebraret durante tali excommunicatione, q̄ efficeretur irregularis.

irregularis. Cith verba canonis ei competant, quod vere est excommunicatus & deinde dispositio cooperare debet. l. 4. S. roties. ff. de damn. infect. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. cap. maiores. ver. ceterum. de baptis. &c. debitum: eod. ii. Clem. quod circa. de elect. c. indemnitatis in fin. de elect. lib. 3. & eod. lib. de testa. c. si pater. Hippoly. in. l. qui falso amicoli. ff. add. Cornelius de falso.

I Dem dicerem si est probus vir is qui denuntiat: non enim cuiuslibet referenti est credendum, ut in l. 2. II. quod cum fallituro. nec gloss. in c. 2. de coniugio. seruo & globo in cap. cupientes in princ. verb. notitia in certain. de elect. lib. 6.

ADDITION.

A D D E an cuilibet generaliter sit credendum Cardi-
Alexan.in.c. proposuit.col.5.nu.10.de coniug.seruo.Bene-
facit ad hoc gloss.notab.in.l.Titio fundus.ver.actiones:ff.
de condit.& demonst.vbi dicit, q̄ dictum vnius viri pro-
uidi inducit credulitatem, quam intellige ut per Alciat.de
pr̄sump.reg.3.pr̄sump.2.& illam glo.in addit.ad Card.
Alexan.in loco supra citato sequitur Benedict.de Vatis,
& Iaso.vbi alios commendantes citat in Repet.l.ad monen-
di.col.71.nu.199.ff.de iureiur.& Hippolyt.in praxi causa.
criminali.S.principium.nu.8.& latissime eam compro-
bat ipse Hippolyt.in.l.1.¶ ad quæstionem.col.2.nu.8. ff.de
quæstio.vbi huic glo,in dicti.l.Titio fundus:quam dicunt
singul.inquit esse sibi similem in.c. cupientes.supra cita-
tam ab authore,& ambas citatidem Hippolyt.in consil.
62.colum.3.numer.10.& in consil.128.num.27.vbi refert
dictum Domin.in cap.de capitulis.10.distincti.inquentis,
quod certificatus à notabili, seu fide digno viro dicitur sci-
re pro certo.Francisc.de Curt.in consil.173.princeps defun-

५८४

Quod limita dummodo iste denuntiantur dicantur vicisse secus sedicantur ab alio audiuntur ita determinat Bart. in l. quidam heredens:

§.ex quo.num.2.ff.de administ.tuto.

Item limita hic si iste denuntiationis suæ reddit causam , & requisitus per denuntiatum informat explicitè eum de eadem. Secus si tale informationem non reddit, vel si reddit, requisitus per denuntiatum non explicat, pro quo faciunt notab. per Salicet. in fundum. C. de rei vendicatio.

*Si vero ignorauit & fuit ignorantia probabilis, tunc eui 19
tari irregularitatem. ut dicit cap. apostolica de clericis ex-*

Sed quero an excommunicatus non celebrans, sed audiens dimittat irregularitatem, in hoc distinguendum est, quia aut audit authorizando, putat, cum sit excommunicatus, facit coram se celebrari (ut quidam faciunt) & tunc innotescit irregularitate in peccato in dicto amplius ad finem de clericis excommunicantibus & per glossam Clemens Archiepiscopo, de prituileg.

THE ADULT DISTANCE

IDE M probat Panormi in c. ranta col. 3. m. 6. de ex-
cessib. prælato. & in c. illud. col. 2. nro. 8. de cleri. excom. vbi
distinguit prout hic distinctum estab. Auth. & dicit pra-
dictam glo. dist. Clem. Archiepiscopo singula. & proce-
dendo inquir. & tene semper mentiri illam; quia multi Epi-
scopi in hoc erant scientes cora se celebrari propter pu-
dorem, non obstante excommunicatione contra eos lata.

idem

48. Gondisal de Villadiego Hisp.

idem cum prædicta glo. concludit Sylvest. in summ. verbo, interdictum. in. 5. versic. Quarto queritur. & in verbo irregularitas. versic. Decimo tertio queritur, an excommunicatus excommunicatione majori, ut scandalum vitet in gemitus celebratiōnē irregulariter irregularitate; Adria. in. 4. fol. 23. col. 1. 5. adiunctiones ante oppositum sub rubr. de sacramento Eucharistia. i.

A Ut alias simpliciter audit diuina, & si. Atque supposito quod ille peccat mortaliter, quia non debet semper clericos communicantiorum, & usurpare communionem sibi interdictum. ut in cap. illud. iam allegato. Non tamen incurrit irregularitatem, ita determinat Ioan. Andrae. in dict. cap. illud.

H VI V S dicti ratio esse potest, quia excommunicatus excommunicatione majori peccatatis communicando, siue communitet cum excommunicatis, siue non excommunicatis, sicut alij scienter communicantes excommunicato excommunicatione majori. ita Gabriel Belin. 4. Seht. dist. 18. q. 3. conclu. 9. dub. 1. & Innoc. in. c. illud. vbi Panor. col. 2. nu. 7. versi. rem nota. de clericis excom. ministran. idem Panor. in. c. si quis presbyter. col. 2. nu. 9. eod. tit. & in. c. exceptionem. col. pen. nu. 28. de except. & in. c. nulli. num. 3. versi. infertur etiam ad aliam questionem. de senten. ex. com. Felin. in. c. à nobis. col. 4. nu. 10. & ibi Philip. Dec. col. 2. nu. 3. de exceptio. vbi isti ultimi dicunt esse falsam & communiter reprobata glo. in. c. deuotā. verb. Christiane. 27. q. 1. inquietem excommunicatum excommunicato communicare posse.

Pro intellectu tamen istius dicti est considerandum illud dubium, participans excommunicato quo casu sit, hodie excom-

excommunicatus, & qua excommunicatione, in quo quia necessarium est sic distingue.

Aut participat in diuinis cum eo qui fuit excommunicatus sententialiter & nominatim à Papa, & isti sunt clerci, & dico, quod est excommunicatus excommunicatione majori, text. & ibi glo. vi. Ricard. in. 4. dist. 18. art. 6. q. 3. & Panor. num. 1. de senten. ex. com. gloss. in cap. si quis episcopus in concilio. 11. quæst. 3. in gloss. & Panor. in cap. à nobis. nu. 13. de exceptio. Angel. in summa verb. excōunicatio. in. 5. in casu. 4. & à solo Papa est absoluendus, eo casu quo talis clericus scienter, & sponte in diuinis participaret cum excommunicatis ab ipso. Istæ est casus in dict. c. si significauit. vbi Panor. & Felin. & Archid. in dict. c. si quis episcopus in concilio. 11. quæst. 3. quibus ad stipulatur Regia lex parti. 1. titul. 9. in. l. 37. incip. Consentir non deneg. in tantum quod dicit Guillerm. in Specul. titul. de dispensa. **S**iuxta. versi. quod autem diximus. Quod celebrans coram excommunicatis licet non sit irregularis. Non tamen sic est in celebrante coram excommunicatis à Domino papa. & allegat dict. c. significasti. quod est notandum. Si vero non sunt clerci, peccant mortaliter, & sunt excommunicati solum excommunicatione minori. argu. text. in dict. c. significauit. Panor. in. c. sacris. col. 3. & col. 4. quod met. caus. Felin. in. c. à nobis. de exceptio. col. pen. & est excommunicatis hæc opinio secundum Angel. in summa verb. excōunicatio. el. 8. quæst. 3.

Aut est excommunicatus & denuntiatus, à quocunq; inferiori; & sic clerci participantis in diuinis peccant mortaliter, & est eis interdictus ingressus ecclesie. ita Angel. in loco paulò ante allegato. & in verb. suspensio. in. 2. nu. 42. charta 240. col. 3. optimus tex. est in. c. episcoporum. de privileg. lib. 6. Non tamen hoc casu. celebrans coram tali excommunicato excommunicatione majori efficitur irregularis.

D singularis

Lex par-
tite.

A D D I T I O.

IDEM notat glof. in c. dilectis. de appellat. verb. perturbare. & latius in c. cum voluntate. & ibi glof. & Abb. de senten. excom. & glo. 2. in l. 9. titul. 18. parti. 1. Cosmas Guimier in pragm. sanctione Gallica. titul. de his qui tempore diuinorum officiorum vagantur per ecclesiam. verb. perturbent. vbi in quibus habere locum in perturbantem diuina, tam perturbatione facti, quam iuris, & Diuus Antoninus 3. parte. titu. 24. cap. 28. & Angel. in summa, id quod notat, bene facit ad comprobationem, in verb. excommunicationis. in l. 9. quæst. 11. & est Regia lex parti. 1. titul. 9. in l. 35. incip. *Concejeramente.* Cui ad stipulatur illud Salomo. Proverb. 22. Eijce derisorum, & exhibit cum eo iurgium. cessa-
rum 22. bunque causæ, & contumelie, transumptiuè in c. in loco benedictionis. 5. quæst. 4. facit illud Matthæi 21. Eijciebat omnes vendentes & ementes in templo. Et est optima lex Ferdinandi & Elisabeth, Regis imponens poenam tercen-
torum monachorum, pro qualibet viæ quod quis per-
turbauerit diuinum officium, & decem dies carceris, quæ
ex tali principe sanctissimo processit diuinitus, & est in l.
4. in lib. Pragmaricarum. fol. 2. cum seq. & utinam esset in
vnu, nam omne malum negotium, & parliamentum ut ita
dixerim: refertur ad templum, vbi Deus est honorandus,
& non offendendus, & ratione loci in quo quis peccat no-
dubit illi euenire maiorem condemnationem.

IMo si tales excommunicati impedian-
t missarum solennia, ne celebrentur, pro eo quod de Ec-
clesia exire nolunt incurruunt sententiam excommunicati-
onis: à qua non nisi per Romanum Pontificem absolu-
possunt. vt in Clem. grauis. de senten. excō. Sed celebri-
antes coram talibus si sunt exempti, incurruunt hanc poenam,
scilicet, quod eis est interdictus ingressus ecclesiæ. vt in c.
episco-

episcoporum. de priuilegijs. libro sexto. Ita si postea cele-
brant, incurruunt irregularitatem. vt in capit. is cui. de sen-
tentia excommunicationis. libro sexto. Si vero tales ce-
lebrantes, non sunt exempti in hoc fuerunt opinones.
Nam quidam tenuerunt, quod etiam prædicta poena, in
eis locum habeat. & hoc tenuit gloss. in dict. capit. is qui.
de sententia excommunicationis. libro sexto. & in dicto
capit. episcoporum. Sed Ioannes Andræ. in nouella, &
Dominic. in dicto capit. episcoporum. tenent opinionem
contrariam. Imo quod illud sit speciale in exemptis: quia
de illis loquitur ille titulus de priuilegijs. & text. dict. ca-
pit. episcoporum. Non ergo poena illa debet extendi ad
non exemptos per regulam in poenis. de regulis iuris. li-
bro sexto. Nec obstat verbum, quantumcunque, pos-
tum in dicto capit. episcoporum. Per quod videtur in-
nui, quod etiam non exempti comprehendantur in illa
dispositione: nam ponitur illud, vt faciat gradum respe-
ctu exemptorum, vt supremo gradu, non tamen respe-
ctu non exemptorum. Sunt enim exempti maiori exce-
ptione, & minori. secundum ea quæ tradit gloss. in Cle-
menti. attendentes. de stat. regulari. Et ne mirandum,
quod contra exemptos acrius hoc statuitur, fortius illi
puniendi sunt, ex quo maiori priuilegio insigniti delin-
quere non erubuerunt. Item ille qui procliuiores sunt ad
huiusmodi perpetrandam, sperantes impunitatem propter
sua priuilegia: æquum fuit, vt specialiter poena eo-
rum audacia compesceretur. argumen. text.
in capit. admonere. 33. quæstio-
ne secunda.

†

54 Gondisal.de Villadiego Hisp.
CAPITIS TERTII.
Epitome.

- 1 Suspensionum genera plura enumerantur, & in quo differant, excommunicatio, suspensio, & interdictum, remisiōne.
- 2 Suspensionis ecclesiastice diffinitio.
- 3 Suspensio ad tempus, postquam id quod iniunctum fuit suspendo adimpletum fuit, absque alia absolutione, sed tantum ex iudicis declaratione super satisfactione tollitur. Secus in excommunicacione, & quae sit ratio differentiae.
- 4 Excommunicatus est pecus diaboli.
- 5 Relegatus ad tempus, post tempus liberè potest reuerti ad locum a quo fuit missus, vel relegatus, sine iudicis licentia.
- 6 Suspensus ab officio & beneficio, vel excommunicatus, si abstinuit se ab officio sed non à beneficio, num Episcopus cum eo dispensare posset?
- 7 Suspensus minoris suspensione, siue à iure, siue ab homine, celebrans peccat, non tamen est irregularis, secus est in suspensiō, vel excommunicato maiori suspensione, vel excōicatione.
- 8 Excommunicatio minor non est in usu.
- 9 Leuius cum lege, quam cum eius ministro agitur.
- 10 Suspensus à canone celebrans non est irregularis, secus est in suspensiō à iudice.
- 11 Suspensus à iure maioris suspensione propter delictum, celebrando efficitur irregularis. Secus si propter defectum naturalium vel infamiam.
- 12 Suspensus à iure si à iudice suspendatur, intelligitur renouare suspensionem iuris, non tamen nouam exequi.
- 13 Ordinatus ante etatem legitimam celebrando, efficitur irregularis, ex constitutione Pape Pij Secundi, cuius absolutio est reservata Pontifici maximo.
- 14 Suspensus solo vinculo irregularitatis manete celebrās, nō incurrit

Tractat.de Irregularitate. 55

- 15 currit nouā irregularitatē, quia est defectus & non delictū.
- 16 Fornicator seu publicus cōcubinarius est suspensus, ideoq; celebrando efficitur irregularis, & est necessaria dispensatio Pa- pae ad tollendā suspensionem, etiam dimissis à se concubinis.
- 17 Excōicatus, suspensus, vel degradatus, tenet dicere horas canicas, ī modū suffragij tāquā prizata persona, si tñ eas diceret officiādo principaliter coram populo efficeretur irregularis.
- 18 Excommunicatus vel suspensus celebrans solum incurrit irregularitatem, si faciat actum reservatum certo ordini, nō tamen si exerceat iurisdictionalia, ut est excommunicare vel absoluere sine solennitate ecclesie.

CAPVT TERTIVM.

CIRCA secundum videlicet de suspensiō, an ille celebrans sit irregularis?

ADDITIO.

ADDE Imol.in Clem.i.n.18.de decim.vbi querit, an suspensus ab officijs debeat intelligi respectu diuinorū officiorū an vero respectu aliorū officiorū ecclesiasticorū putata si sit celarius, sacrista, pertigarius, vel aliter &c. ¶ De suspensiō omnino est vidēdus D. Antoni.in.3.par.tit.27.c. i.cū tribus capitibus subiectis. ¶ Et in quo cōueniat & differant excōicatio, suspensio, & interdictū, vide per eūdem D. Anto.in.d.3.par.tit.26.c.1.Plura autē gñra suspensionū ponit gl.Magist.in Cle.cupiētes.verb.suspensi.de pœn. tringinta & septem ponit Angel.in sum.verb.suspensi.in.1.& aliquos alios casus psequit Nic.Ploui.in trac.dē excō.rub. de suspensiōis sua & Pan.& Deci.in.c.apostolice d except. vbi per Feli qui singulariter loquit.col.5.nu.9.vsq; ad finē lectionis illius capituli. Panor.in.c. at si clericī. col.2.nu.7.

D 4 de iudi

de iudic.& in ca. cum dilectus.col.7.num. 17. vbi copiosa Apostilla ad eum in verb. à suspensi. de consuetu. Felin. in cap. si quem. de senten. excommu. Petr. à Baxio in dire ctorio electio. in. 1. part. cap. 7.

2 Sciendum est etiam quæ nam sit hæc suspensi. Et dic quod est quædam ecclesiastica censura qua interdictur aliquid officium, vel exercitium competens certæ personæ ecclesiasticæ, aliquando à iure, aliquando à iudice pro lata. ita diffinit eā Angel. in sum. verb. suspensi. 1. in prin.

Lex par-
tita.

& Sylvest. eod. verb. & est. l. 14. titul. 9. parti. 1. ¶ Etiolás suspensionis, vel interdicti pœnam efficitur irregularis. c.

Alia lex
partitæ.

final. de excessib. prælato. & in. l. 18. titul. 9. parti. 1. & vide Ioannem Bernard. in praxi canonici. criminis. capit. 28. verb. suspensionis, &c.

3 Annotandū est ex his quæ dicta sunt, q̄ suspensi lata ad tempus, tollitur absque alia absolutione, elapsō tempore in ea designato. gloss. nota. in Clem. 1. in verb. donec. de decim. dicens secus esse in excommunicazione ad tempus latæ, in qua est opus absolutione. secundum Panor. nu. 7. in c. non est. & ibi Card. Alexandri. col. 2. nu. 6. de sponsalib. Ioan. de Anani. in. c. cum tu. nu. 2. de usuris. & in. c. ex tua- rum. col. 1. nu. 4. de sortilegi. Felin. in. c. si quis. col. 2. versi. Secundo q̄ conferens. de simoni. idem Felin. in num. 4. & Deci. nu. 11. in versi. sexto nota. in. c. 1. de iudic. vbi Eranc. Rip. dicit hanc esse cōmūnem opinionem. & Felin. in. c. ad aures. col. 2. versi. secūdo nota. de simoni. & Doctor Di- dacus Couar. in epitome in. 4. Decretali. 2. part. c. 6. nu. 16. & plures mihi sunt glossæ similes probantes hanc conclu- sionem vna in. c. qui merito. 11. quæst. 3. verb. pari. alia in c. si quis deinceps. verb. interdicimus. 16. quæst. 7. & in. c. si qui. verb. emendent. 8. l. dist. & in. c. in primis. verb. sex mē- fibus. 2. quæst. 1. & in. c. quisquis electioni. verb. fiat. de elec- tio. licet contrariū videatur sentire glo. in. c. si quorundā.

verb.

verb. suspensum. de solutio. ¶ Idem de interdicto lato ad tempus: nam elapsō tempore, cessat absque alia iudicis re- laxatione, vel absolutione tollitur glo. in. c. non est de spō- salib. à qua Doctores non recedunt secundū prædictum domi. Doctorem Didac. Couarru. in loco supra allegato. quanuis Rip. in. c. 1. de iudi. notab. 6. in interdicto diuer- sum esse cogitet. ¶ Et ibi ponit quæ nam sit ratio diuersita- tis, quare in excommunicatione sit necessaria absolutio & non in suspensione, dicit enim ipse ibi col. 10. num. 25.

Quia excōmunicatus est extra ecclesiam eiectus, effe- 4
ctus pecus diaboli secundū glo. in. c. audi denique. 11. q. 3.
& in. c. non omnes. 2. q. 7. Panor. in. c. si quis. nu. 3. de rebus
ecclesiæ non alien. Suspensus vero non, qui cum non sit
priuatus cōmūnione hominum: nec participatione sacra-
mentorum. c. veritatis. & ibi not. Panor. de dol. & cōtuma.
ideoq; non requiritur in suspenso absolutio: sed ipso facto
remanet post satisfactionem liberatus, non sic excōmuni-
catus cum sit omnino effectus alienus à gremio Christiano-
rum fidelium: & ideo est necessaria absolutio.

Suspensus enim ad tempus. elapsō tempore poterit im-
pune celebrare secundum Panorm. in. c. cum bonæ. col. 2.
de æta. & qualita. ¶ Quæ conclusio firmatur ex alia Bald.
in. l. actione. §. diximus. ad fin. ff. pro soc. inquietis, q̄ con-
finati seu relegati ad tempus, post illud tempus cōpletum,
q̄ possunt reuerti sine alia licentia. idem tenet ipse Bald. in
cap. ex literis. col. 3. num. 17. de consti. & in procemi. dige-
storum. in. §. hæc autem tria. & dixi in additio. ad Didacū
Segur. in repet. l. si ex legati causa. num. 33. ff. de verb. obli-
gat. vbi omnino pro confirmatione istius subtilis & vtilis
conclusionis. ¶ Circa istam materiam dubitatur. Ioannes 6
clericus ab officio & beneficio suspensus ab episcopo. Sal-
mantino, vel excōmunicatus maiori excommunicatio: ab
stinuit ab officio, sed non à beneficio. Est dubiū an epis-
co-

D 5 pus

pus cum eo dispensare posse, de quo singula per Barthol. Brixiens. in quæsti. Dominicali 57. incip. Quidā clericus.

N IN hoc est distinguendum, quia aut suspensus est suspensione minori, quæ scilicet tantum à perceptione sacramentorum separat, vt est excommunicatus excommunicatione minori: & talis celebrans non incurrit irregularitatem, vt in dict. c. si celebrat de cleri. excō. ministr. etiā si ab homine illa minor suspensio fuisset inficta, vt si iudex protulisset in aliquem sententiā excommunicationis minorem. ¶ Quod & si non sit in consuetudine posset tamen fieri de iure, vt in. c. Engeltrudam. 3. quæsti. 4. aut est suspensus maioris suspensione, & distinguendum: quia aut ab homine, aut à iure, si ab homine irregularis est. ¶ Quia mitius agitur cum lege, quam cum ministro legis, vt in. l. Celsus. ff. de arbitri.

ADDITIO.

SV S P E N S V S enim ab homine, & celebrans sit irregularis, non tamen suspensus à canone, est sententia Innoc. in. c. sicut. col. 2. nu. 4. de cohabit. cleri. & mulie. Guilielm. in Specul. titu. de dispensationi. §. iuxta propositionis. nu. 20. & Domini de Rota in decisio. 362. sub rubri. de cleri. excom. in antiquis. Felin. vbi copiose firmat, validiorum hominis, quæ legis prouisionē. in. c. pastoralis. §. cū autē. col. pen. n. 28. de offic. delegat. Franciſ. Ripa in. c. 1. n. 25. de iud. Angel. in sum. verb. suspensio. 3. q. 1. secundū quem intellige. l. 18. tit. 9. part. 1. vbi indistincte habetur, & suspensus celebrans efficitur irregularis, & secundū distinctionem Panor. in. c. tuarū. col. 2. de priuileg. Et ratio quare mitius cū lego, quæ cū eius ministro agitur, posui supra in. c. 2. n. 5.

Lex par-
tite.

TAQUE eo casu quo quis est suspensus à iure propter defectum, si suspendatur ab homine, etiam

sic

si ex prima iuris suspensione ingerendo se administratio- ni divinorum, iste non incurrit irregularitatem, incurrit eam si fuit ab homine suspensus. Ita notat glo. in. c. eos qui de tempori. ordinati. libr. 6. quod intelligitur si lle inten- dat nouā suspensionis sententiā proferre per ea quæ infra dicam. ¶ Aut est suspensus à iure maiori suspensione: & 11 tunc aut propter delictū, aut propter defectū, aut propter infamiam. Si propter delictum incurrit irregularitatem, vt in. c. 1. de re iudica. lib. 6. & in. c. 1. de sent. excō. eod. libr.

Aut propter defectum, puta, illegitimitatis, vel huius- modi, & tunc celebrans nō incurrit irregularitatem, quia, nullo iure reperitur hoc expressum, vt in. c. is qui. de sent. excom. lib. 6. ¶ Aut propter infamia, vt sunt illi qui primo propter crimina notoria prohibentur, vt in. c. fin. de tem- pori. ordinati. & tunc celebrantes non incurrit irregulari- tatem: quia hoc nullo iure cauetur, prædicta distinc- tionem ponit Innoc. in dict. c. si celebrat. vbi addit, & suspensi- à confessionibus, non incurrit irregularitatem.

Ad vnum tamen aduerte, & si suspensum à iure, iudex 12 suspendat, in dubio non intelligitur seu presumitur suspen- sus ab homine. Præsumitur enim, & iudex voluit exequi poenā iuris, nō autē nouā suspensionē infligerē. ita tenet Antoni. & Abb. in. c. tuarū. de priuileg. ¶ Et ex his infertur 13 ad vnu, & si promotus ante ætatem legitimā, ministret in ordine suscepito, non incurrit irregularitatem: quia est su- spensus propter defectum ætatis, ita Ioan. de sancto Geor- gio notat quem sequitur Domini. in. c. eos. de tempori. or- din. libr. 6. tenet etiam Francisc. in dict. c. si celebrat.

Ex quo posset inferri, quod si promotus ante ætatem le- gitimā celebrauit, nō indiget dispensatione sedis Aposto- licæ. Sed à suo curato poterit absoluī, ex eo quod contra iuris prohibitionem celebrauit ante ætatem legitimam: & sic peccauit mortaliter. Ad hoc tñ & posset ante legiti- mam

mat ætatem sine peccato de cætero celebrare: requiritur dispensatio Papæ, secundum glossam in Clemen. generali. de æta. & qualit. quæ sic debet intelligi. ¶ Adueniente tamen legitima ætate, ad ulterius celebrandum, non requiritur superioris dispensatio: cum suspensio tantum intelligatur à iure usque ad legitimam ætatem, vt est text. in c. vel nō est compos. de tempori. ordi. ¶ Et prædicta maxime procedunt tenendo illam opinionem, quæ est cōmunitatis Doctorum in dict. c. vel nō est compos. quod promotus ante ætatem legitimam, non est ipso iure suspensus, sed veniet suspendendus, & prædicta sunt valde notanda.

Contrarium huius est determinatum per quandam ex trauagan. Pij Secundi, imo quod incurrit irregularitatem, cuius dispensatio Papæ reseruatur. Idem est in eo qui promouet, vt extra tempora à iure statuta, vel absque literis dimissorijs, promouetur ab episcopo nō suo: omnes isti sunt isto iure suspensi: & si huiusmodi suspensione durante ingesserint se diuinis, incurront irregularitatem, vt disponitur in dict. extrauagant. quæ incipit. Cum ex sanctorum ordinum.

A D D I T I O.

P R O declaratione & intellectu istius extrauag. vi. omnino M. Nauar. de rest. spol. in repet. c. accepta. opposit. 8. nu. 33. & 34. quem vi. & hic adde.

Hanc extrauagant. alterius principij refert Sylvest. in sum. verb. irregularitas. quæstio. 10. scilicet, cum ex sacramento, & etiam diuersi initij insinuat, illustris Ioan. Bern. Diaz à Luco in praxi criminali canon. c. vigesimo secundo. scilicet, cum ad facrorum ordinū. quia legant regulas Innocen. VIII. & Alexandri Sexti Roma. Pontif. quam etiam extrauagantem seruari præcepit Leo X. in suis regulis Cancellariæ, in regul. 22. incipien. Item de clericis extra tempora. & Paul. Papa III. in suis regulis, in regul. 24. incipien.

incipien. Item de clericis. Et per prædictam constitucionem cessant scripta à Diuo Antoni. in. 3. parte titul. 28. capit. primo. §. primo. vbi videas.

EX his etiam infero quod si quis incurrit irregularitatem, quamquam de iure ipsa irregularitas inducat suspensionem quandam, vt in. c. i. de re iudicata. lib. 6. Sitamen celebret, soluto priori vinculo excommunicationis, vel suspensionis, propter quod incurrit irregularitatem. Manente tamen irregularitate, non ex hoc incurrit irregularitatem. Ratio est, quia suspensus est propter irregularitatem. Quæ est defectus quædam, non tamen delictum, quod probat text. in dict. cap. si celebrat, & hoc est notandum.

Ex prædictis infertur ad quæstionem quotidianam, an clericus notorius fornicator celebrans incurrit irregularitatem. Innoc. in. c. si celebrat, tenet quod non. Quia non est à canone directè suspensus. Sed tamen prohibetur alijs ne ab eo audiant diuina, vt in. c. vestra. de cohabita. cleric. & mulie. & idem ipse tenet in. c. sicut. eod. titu. & in. c. tanta de excelsib. prælatorum.

Sed Hostiens. contrarium tenet in dict. c. si celebrat, & Ioan. Andr. in. c. i. de re iudica. lib. 6. ¶ Abb. in dict. c. si celebrat, dicit quod tota difficultas istius quæstionis stat, in videndo an sint isti directè, vel indirectè suspensi. Sed ipse determinat quod in dict. c. vestra. dicendo istum incurrire irregularitatem. Nedum enim est prohibitum, alijs ne ab ipso notorio fornicario audiant diuina, sed etiam ipsis fornicatoribus est dicere prohibitum, inficta ne celebrent. vt patet per text. in. præter hoc. 32. distinct.

Sed dominus Antoni. tenet opinionem contrariam in dict. c. si celebrat. dans rationem, supposito enim quod ista sit directa suspensio, non tamen est inficta propter deli-

ctum:

Quum: sed propter infamiam, quod patet. Nam non ponderatur qualitas (puta) notorietas: sicut ergo supra diximus in alijs criminibus notorijs, quod cum propter infamiam censeatur inflictus suspensio, non infert irregularitatem celebranti. Ita erit dicendum in hac suspensione. Sed praedictis obuiare videtur. c. si qui sunt presbyteri. 81. dist. vbi dicitur, quod istis est interdictus ingressus ecclesiaz. Ergo celebrantes irregularitatem incurruunt per capit. is cui, de sentent. excom. libro. 6. Eredo tenenda est Abba. opinio. & hanc etiam teneret Innocent. in ca. tanta. de excessib. prælator. & in capit. cum medicinalis de sentent. excom. municationis. libr. 6.

A D D I T I O.

P R O intellecetu horum primò notandum est, quòd notoria facti permanenis dicuntur, facti vero transeuntis dicuntur manifesta Inno. in. c. ex parte. de verb. sign. Paul. de Castr. in. l. empiorem. nu. 3. ff. de actio. emp. & ibi additio. Secundo adnotandum est, secundum S. Thomam & Rayn. quos refert & sequitur Diuus Antoni. archipræsus Florent. in. 3. par. sua summa. titu. 27. c. 3. ¶ Quod duplíciter dicitur notorium, scilicet, notorium iuris, vt cum quis confiteretur in iudicio, vel conuincitur de crimen. Notorium facti est, cum crimen ita populo manifestum est, quod nulla potest tergiuersatione celari, vt singulariter declarat Anto. de Batrio in tract. de notorio: in. 2. art. vers. vñio ad secundum. & in versi. quæro. 2. & Amadæus de Castello in tract. de syndicatu. versi. etiam per modum notorij. nu. 61. Alciat. in. l. palam. ff. de verb. signi. Idem Alciat. in. c. cum non ab homine. nu. 87. de iudi. remissiuè Cassado. in. decisio. 3. nu. 3. sub titul. de probation. Gabriel. in. 4. sent. dist. 9. q. 2. arti. 3. dub. 1. quocunq; istorum modorum sit notoria fornicatio clericis: est suspensus quoad se & alios. secundu Diuum Floren. post Thom. in loco supra allegato. &

Nota.

pliciter dicitur notorium, scilicet, notorium iuris, vt cum quis confiteretur in iudicio, vel conuincitur de crimen. Notorium facti est, cum crimen ita populo manifestum est, quod nulla potest tergiuersatione celari, vt singulariter declarat Anto. de Batrio in tract. de notorio: in. 2. art. vers. vñio ad secundum. & in versi. quæro. 2. & Amadæus de Castello in tract. de syndicatu. versi. etiam per modum notorij. nu. 61. Alciat. in. l. palam. ff. de verb. signi. Idem Alciat. in. c. cum non ab homine. nu. 87. de iudi. remissiuè Cassado. in. decisio. 3. nu. 3. sub titul. de probation. Gabriel. in. 4. sent. dist. 9. q. 2. arti. 3. dub. 1. quocunq; istorum modorum sit notoria fornicatio clericis: est suspensus quoad se & alios. secundu Diuum Floren. post Thom. in loco supra allegato. &

to. & ita procedit casus. c. nullus. & c. præter hoc. 32. dist. & in. c. si qui sunt. 81. dist. c. vestra. & c. quæsum. de coha. cleric. & mulie. & l. 43. titu. 6. parti. 1. tex. in pragmati. sanctio. Lex par- Gallican. & ibi Cosmas Guimier in titu. de concubinarijs. tite. Si publici autem glo. r. in. c. cum dilectus. de accusa. & in. c. sciscitus. 15. q. 8. & c. sacerdotes. iunct. expositione gl. 1. & 2. ibi. 5. o. d. ¶ Errandu stat suspensus: quandiu perseuerat in vitio. Et interim si exequitur officia sua, etiam semel, ef- ficitur irregularis, & indiget dispensatione Papæ. Vnde si cessaret à vitio, & ante dispensatione vtitur officio suo, semel per peccatum mortaliter, quævis nouam irregularitatē noti contrahat. Si autem cum esset suspensus, non esset exequau- tus officia sua, indiget nihilominus absolutione; à suspen- sione, quam poterit Episcopus facere. secundu D. Antoni. 3. par. tit. 27. c. 3. Vbi inquit prædicta non solū habere locū in sacerdote, sed etiā in alio clero, in quo cūq; ordine con- stituto, etiā minori, ex prædicta fornicatione; est suspensus ab omnibus actibus ordinū ipso iure huiusq; sententiæ est etiā Syluest. in sum. verb. cōcubinarius. q. 4. referendo ad literā dicta à D. Antoni. archipræsule Floren. in loco supra citato & Doctor illustris Ioan. Bernard. in praxi criminali canonico. 73. Verb. cōcubinarij. vbi inquit, q; hanc senten- tiā molam timere debérent vñitersi clericis in quocunq; ordine constituti, & ne illam ignorent, esset omnibus illis prædicanda, quod enim, proh dolor, sacerdotes, diaconi, subdiaconi publicè concubinas retinent ea notorietate fa- cti. de qua Abb. in sua opinione facit mentionē, & eodem concubinatu durante, non semel, sed pluries missam cele- brant, Euāgelium vel epistolam solenniter decantant: & quod irregulares ex hoc siant, nō aduertūt, nō in minimū animarum suarum dispendium, & prælatorū suorū peri- culum; quie eos patiuntur in publico concubinatu diutius immorari, ac fordescere, quanvis Nicol. Ploui. ip tract. de irregu-

irregularitate.regula.41.nu.26.velit quod notorius fornicator non efficiatur irregularis,vt superius conclusum est, & ita conclusum esse in Daphnali parlamento. Dicit Guido Papa in suis decisio.q.558.incipi. Fuit dubitatum incidenter,&c. quod notorius concubinarius celebrans incurrit ipso facto irregularitatem , & adde Anani. in cap. cum dilectus. col.1. num. 1. de accusa. quem vide. Sacra menta tamen praedictorum concubiniorum non tenentur hodie fideles vitare, nisi postquam fuerint per praelatos denunciati publice, vt evitentur, per constitutionem factam in Concilio Constantiensi incipi. insuper ad evitanda, secundum Diuum Anto.vbi suprà. idem ipse tenet in 2. par. titul.9. cap.10. §.1. verificul. Sextum dubium est de missis. Sylvest. verb. missa. in 2. quæst.3. Major in. 4. sentent. dist. 9. & Adrian. de sacramento Eucharist. chart. 84. & etiam est de mente Gabriel. in dict. 4. dist. 13. quæst.1. conclu.3. art.1. dubio.3.

Hodie tamen contrarium esse eruditissime probat Do minus praceptor Martin. Nauarr. in.c.1. §. labore. verific. Quartò intelligi potest. de pœnit. dist. 6. vbi ipse inquit, q. Diuus Anton. & Summis referunt vno sensu. praedicta constitutionem, & defectuosam prout nouissime renouata habemus in actis Concilij Basiliensis. 2. tomo conciliorum fol.646. Vbi ad finem dicit, Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo relevare, nec eis quomodolibet suffragari: igitur in quantum ponit hanc exceptionem, videtur concludere notorium & publicum concubinariū, vt declaratum est, absque superioris denuntiatione vitandum fore, & sic per praedictam constitutionem, reuerti videtur ad ius commune, de quo supra fecimus mentionem, in capite huius annotationis, quæ omnia sunt singulariter notanda.

Quod

Quod intellige antequam concubinas dimittat: Nam sic loquitur text.in. d. c. si qui sunt presbyteri. supposito, q. pœnitentiā agant, non poterūt celebrare sine dispensatione Papæ, propter impedimentū, quod manet quo usq; dispensatio fuerit adhibita. pro hoc est tex.in.c.fina.de tempo.ordin.& expressus tex.in.c. per uenit. §.o.dist. ita notat Hostien.in.c.fina.de cohabita. cler. & mulierum. & Specul.in titu.de dispensationibus. §.1.nu. 23. versi. Item quando dicitur.

Sed quæro iuxta praedicta, an excommunicatus vel suspensus, dicens horas extra ecclesiam officiando ante populū(puta) in naui, vel in exercitu, vel alibi sit irregularis. intelligo quod si officiabat principaliter. Dicendum est quod sic. vt in.c.concedimus. de conse. dist. 1. Secus si iste principaliter officians dicit horas. cū uno, duobus vel pluribus socijs officiādo, tunc laudabiliter agit si sepprimit illa verba, quæ à solo sacerdote dici solent, scilicet Dominus vobiscum. ita not. Specul. titul. de lega. §. dispensatio. versi. quid excommunicatus.

A D D I T I O.

E S T notandum, quod excommunicatus, suspensus, & etiam degradatus, & quilibet criminosus tenetur ad officium septem horarum Canonicarum, quādiu toleratur ab ecclesia, quia non debet esse melioris conditionis malus, quam bonus: si ergo bonus obligatur, multo magis malus debet obligari. Vnde licet isti amiserunt honorem, nō tamen onus, aliás ex malitia commodum reportarent tales, quod esset contra plura iura, tamen in horis non debent dicere Dominus vobiscum. & loco horum verborū dicat, Domine exaudi orationem meam, & sic debet dicere horas, & orationes suas priuatim & secretè, ita quod à nemine audiatur tali modo, quod non videatur officiare

E eccl-

ecclesiam, ad instar laici, præmisso modo tenetur eas dicere. gloss. in. c. presbyterum. verb. priuatus. 28. distinct, & in c. 2. de cleri. excom. minist. & in. c. dictum. in gloss. fin. 81. distinct. Felin. in. c. apostolicæ. fina. verb. de exceptionib. Hostiens. in summa titul. de cleri. excom. minist. §. qualiter puniantur. versic. & hoc intelligas. & in versi. si quæras quare excommunicatus. vbi descripsitrationem istius conclusionis, quam ibi vide, & istam tenet Nicol. Ploui. in tracta. de horis canoniceis in. 1. parte, quæst. 12. & Alber-tus de Ferrarijs in suo tractat. de ho. is canonii. numer. 16. Philip. Deci. in capit. cum inter. colum. 7. nume. 27. versi. in eadem glossa. de exceptio. idem Deci. in cap. intelleximus. colum. 2. num. 5. de iudic. Diuus Antoni. 3. part. titu. 24. c. 76. & est communis secundum Angel. & Sylvest. in suis summis in verb. hora. primus, in. 5. 5. secundus, in q. 3.

Officiando tamen non possunt eas dicere alias puniu-tur, secundum prædicta. & Alexandrum III. in. c. ad præ-sentiam. ibi diuina cantauit. de appellat. si placet adde hic glo. & ibi posita in. c. accedens ad Gorgo. dist. 50.

¹⁷ **A**D vnum tamen aduerte, quod solum quis incurrit irregularitatem, si excommunicatus quis celebrat, vel suspensus, vel agat actum reseruatum cer-to ordini, vt dictum est. Secus ergo si exerceat iurisdictio-nalia (puta) quod excommunicat, vel absoluit. ita not. In-no-cent. in cap. tanta. de excessib. prælatorum.

ADDITIO.

Excoica - **A D D E** ad idem quod excommunicatio sit iurisdi-c-tio est in-
tionis, potiusquam ordinis. glo. in. c. præter hoc. §. ad hoc
risdictio-
potius quæ Etiam glos. ¶ Laicus ex commissione Papæ, potest pronun-
ordinis. tiare sententiam suspensionis, & excommunicationis. idē
notat gl. simi. in. c. bene quidem. verb. laico. 96. distin. Pa-nor. vbi

nor. vbi additio. in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 3. nume. 5. de constitutio. idem Panor. in. c. ab excommunicato. col. 2. nu. 6. de rescript. faciunt pro confirmatione quæ notat De ci. in repet. c. decernimus. nu. 19. de iudi. & prædictas glo-citat Pan. in. c. consultationibus. col. 2. de cleric. ægrot.

Quod intellige si absoluunt, sine ecclesiæ ^{Intellectus} solennitate, scilicet, cum psalmo pœnitentiali, ora-^{ad prædi-ta.} tione Dominicali. vt in. c. à nobis, de senten. excon. . Cum enim talis absolutio sit ordinis sacerdotalis. ¶ Excommuni-catus, vel suspensus, eam exercens vel quis alius tempo-re interdicti, efficitur irregularis. ita tenet Abb. in cap. tan-ta. præallegat. & hoc multum nota. quia multi clerici in hoc errant, absoluentes cum prædicta solennitate tempo-re interdicti.

EX CAPITE QVARTO.

Epitome.

- 1 **I**nterdictus celebrans efficitur irregularis.
2 **I**nterdictus est prohibitus non solum à celebratione diuinorum, sed etiam ab eorum auditione, & assumptione sacra-mentorum.

CAPVT QVARTVM.

DIXI etiam quod interdictus celebrans est ir-
regularis, hoc indistinctè tenendum est per. c.
is qui. de sententia excom. lib. 6. tenet Abb. in
dict. c. tanta. de excessib. prælat. Violans interdi-
ctum per timorem nō efficitur irregularis secundū Bald.
in. l. nouissimè. ff. de fals. tutor. aut. sequitur Vitalis Gam-banus in tracta. clausularum, pagina. 457. nume. 13. rubri.
E a de metu

de metu tormentorum. & religiosus nullum habens ordinem clericalem, vel monialis violans interdictum an sit irregularis vid. Anchar.in.c.tanta.nu.ii. de excessib. pra-lato. fol. 116.

A D D I T I O.

QVID sit interdictum vid. Rip. in rubri. de constit, nu.37. Adde optimam legem Regiam, & ibi Alphonsum Diaz Montalu. parti. i. titul. 9. in l. 17. incipi. Suspension. & Ioan. Bern. in praxi crimina. canon. cap. 28. verb. suspensionis &c. Et optimè conducunt allegata infra cap. seq. 5. incip. dictum est etiam.

2 **E**xclusus est etiam nedium à celebra-tione, sed etiam à diuinorum auditione, & à perce-pzione sacramentorum. vt est text. in capit. si sententia, de senten. excommuni. libro. 6.

EX CAPITE QVINTO.

Epitome.

- 1 **V**IOLANS interdictum efficitur irregularis, & plura in hac materia remissiæ describuntur.
- 2 Administratio sacramentorum, in quibus sit prohibita vel permissa olim, & hodie explicatur.
- 3 Ordines tempore interdicti conferri an possint clericis, & quid laicis?
- 4 Extrema uincio, nec Eucharistia, administratur tempore interdicti.
- 5 Eucharistia infirmis confertur, cum debita solennitate, & pulsatione campanella.
- 6 Celebratio missæ tempore interdicti antiquitus non erat permissa: nisi semel in hebdomada propter infirmos, ne Eucha-ristia deficeret.

7 Eucha-

- 7 Eucharistia debet renouari qualibet septimana.
- 8 Eucharistie prouisio spectat ad sacerdotem, ne desit in fa-crario pro infirmis, & tot Eucharistie debent poni in cuius-dia, quod verisimiliter non deficiat infirmorum communio, attenta pluralitate, & numero parochorum.
- 9 Circa celebrationem horarum canoniarum, qualiter olim erant permissa, & quid de iure hodierno?
- 10 In ecclesia que est polluta sanguinis, seminis &c effusione, non debet celebrari quoque reconcilietur, alias enim vio-laretur interdictum.
- 11 Campana seu campanella cessat pulsatio, quando eleuatur hostia salutaris, dum missa dicitur.
- 12 Idem est de toto quo ad totum quod est de parte quo ad partem.
- 13 Interdictum violat, præbens causam quod laici quoquo modo videant diuina tempore interdicti.
- 14 Campanæ pulsatio, est permitta tempore interdicti, ad Ave Mariæ, & ad auditionem verbi diuinæ.
- 15 Dicta in interdicti tempore, habent locum in tempore cessa-tionis à diuinis.
- 16 Tempore interdicti, cessationis à diuinis ve, non licet etiam extra locum deputatum orationi, vt est extra ecclesiam in camera, vel in alio simili loco dicere horas cum factio, quod est non andatura.
- 17 Interdictum ipso iure est suspensum in quatuor festivitatibus, scilicet, Nativitatis Christi, Resurrectionis eius, & Pen-tecostes, & Assumptionis Deiparentis, idem etiam hodie in festo Corporis Christi cum octava.
- 18 Eucharistia, vel ecclæstica sepultura, in predictis festi-vitatibus in quibus suspenditur interdictum ipso iure, virum posse ministrari sanis, seu defunctis?
- 19 Cadaver licet sepultus sit extra ecclæsiam, officium eius dici non potest in ecclæsia.
- 20 Completorum dici non possit, in secundis vesperis in predi-catione.

E 3

- Etis festivitatibus, quibus interdictū ipso iure suspenditur.
- 21 Celebrans tempore interdicti scienter, vel ex ignorantia crassa & affectata efficitur irregularis.
- 22 Episcopus vel alius clericus tēpore interdicti corā se faciens celebrare tanquā impendēs autoritatē, efficitur irregularis.
- 23 Idem est si talis episcopus vel clericus, excommunicatus vel suspensus excommunicatione vel suspensione maiori faciat diuinā corā eo celebrare. Audientes tamē nō efficeretur irregularis, quanvis peccarent non ignorantes interdictum.
- 24 Violans interdictū est suspensus ab officio, nec poterit exercere iurisdictionalia. Idem est dicendū in omni irregulari.
- 25 Coadiutor suspensi, interdicti, vel excommunicati, celebrantis, an efficiatur irregularis, sicut sit suspensus, interdictus, vel excommunicatus celebrans?
- 26 Violans cessationem à diuinis, an sit irregularis, sicut violans interdictum?
- 27 Vbi eadem est ratio, eadem debet esse iuris dispositio, etiam in materia pœnali.

CAPVT QVINTVM.

DICTV Most etiam, quod celebrans tempore interdicti, prætermissa iuris obseruatione, incurrit irregularitatem.

A D D I T I O.

Quinque cōclusiones, in quibus violans interdictum efficitur irregularis, scribit Petrus de Palud. in. 4. sentent. distinet. 18. quāst. 8. arric. 3. charta 1. o. f. colum. 2.

¶ Et poena violentis interdictum latē differit. Diuus Antoninus 3. parte, titul. 26. capit. quarto. §. primo. & Angel. in summa verbo, interdictum. in. 7. & Syluester eodem etiam verbo, interdictum. in. 6. & vide optime in hac materia Cosmas Guimier in glossa pragmat. sanctio. titul. de inter-

interdictis indifferenter non ponendis. in gloss. super verbo, interdictorum. & Ioan. de Ligna. in tracta. de interdictis, & quinquaginta regulas in hac materia ponit Nicol. Ploui. in tracta. de interdictis, qui est collocatus in. 9. volū mi. tracta. secundum modernam impressionem Lugduni anni 1544. & per Ioan. de Anani. in. c. super Specula. de magist. & casus in cap. ad hæc quoniam sub interdicto de appellationib. vbi optimè per Philip. Deci. & per Ioan. Calderi. in suo notabili tract. de interdicto ecclesiast. qui est positus in. 2. volumi. tracta. diuersorum secundum prædictam impressionem. & Regia lex parti. v. titul. 9. in. l. 18.

Vbi expreſſe cauetur, quod violans interdictum efficitur irregularis, quæ conclusio firmari potest, non solam quando voluntariè violauit, sed etiam quando ad metum & compulsionem superioris clericus violasset, non excusaretur. secundum Card. in Clemen. grauis. in. 7. q. de sent. excō. quē refert & sequitur Ioan. Lup. de Palacios. Rubi. in tract. de iustitia & iure Regni Nauarræ in. 3. part. §. 2. vbi dicit esse rex. in. c. fin. de excessib. prælat. subijciens & istud teneo quicquid dixerit Bald. in. l. nouissimè. §. 1. ff. quod cum f. s. tuto. Ad comprobationem faciunt scripta à nostro Doctore Didac. Couarru. in epitom. in. 4. Decretali. 2. part. c. 3. §. 4. num. 3. versi. primo non esse metum. ¶ Vbi optimè probat metum nullum excusare, à mortali, nec à veniali crimine, quod est singulariter notandum.

IVxta hoc quæritur: vtrum administratio sacramentorum sit prohibita tempore interdicti. Eo est dicendum, quod olim concedebatur baptisma parvulorum, & poenitentie morientium tantum, de quibus in. c. non est vobis. de sponsali. Item viaticū & poenitentia morientibus seu decedentibus. c. quod in te. de poenit. & remissio. Hodie tamen poenitentia est præmissa tempore.

E 4 inter-

interdicti etiam sanis, ut in c. alma mater. de sent. excom. lib. 6. in princip. cap. Item sacramentum confirmationis, ut in c. quoniam in baptismō. de sent. excom. lib. 6. vbi dicit text. quod baptismus, & confirmatio nedum parvulis, sed adultis conferri possunt. Item. chrismatis consecratio ut ibi.

3. De ordinibus tamen dubitatur, an possint conferri illo Ordines cō tempore. Innoc. in d.c. non est vobis. tenet quod clericis ferri num permisum est ordinis recipere. laicis vero nō ratio diver possint in terdicti tē pore? differentia nō procedit, cū interdicto loco, nō censeantur personæ interdictæ. ut in c. si sententia de sent. exco. libr. 6. in prim. Abb illud indistincte tenet clericos & laicos de loco. interdicto. posse ordinari. etiā in loco interdicto. Nā cū permittatur tēpore interdicti celebratio diuinorū certo modo, & administratio dictorū sacramentorū, debet per ordinatos exerceri. Per cōsequēs videt permissum, quod illi possint ordinari, ut illa administrent arg. optimū in d.c. quoniā de sent. exco. lib. 6. ¶ Restat ergo, q̄ omnia sacramenta tempore prædicto poterūt administrari, excepta extrema uacatione. ¶ Item excepta Eucharistia, quæ etiā infirmis cōcedi valeat, ut in d.c. quod in te. & cū cāpā nella & alia cōsueta solennitate, ut notat Calderi. in tract. de ecclesiast. interdicto (supple in 2. part. tract. nu. 3.) adde Frede. cōfil. 70. Non tñ sic erit sanis, eis enim cōferri nō poterit. ¶ Quero tñ circa celebrationē diuinorū officiorum, vtrū sint missa tempore interdicti & qualiter. ¶ Iuxta hoc dicendū, q̄ olim missæ celebratio nō erat missa: sed propter Eucharistiam ne infirmis de esset permissum existit, quod semel in hebdomada missa celebraretur, ut in c. permittimus de senten. excom. ¶ Et ex illo tex. colligitur, quod Eucharistia debet renouari qualibet septima na. ¶ Item colligitur, quod debet taliter prouidere sacerdos, q̄ non defit Eucharistia pro infirmis in sacrario, pro quo.

quo etiam facit text. in c. officium. de offic. archipresbytere. Vnde non tantū vnam consecratā, sed plures ponere debet in sacrario: attenta tamen quantitate parochiæ, & multitudine infirmorum, ut dicit Ioan. Andr. in d.c. permittimus. ¶ Circa alias vero canonicas horas erat permissum, quod bini simul, vel tres clerici in conuentualibus ecclesijs voce submissa possent suas horas dicere: ita ut legere videantur potius quam cantare, ut est tex. in d.c. quod in te. de pœnitenti. & remissioni. Hodie tamen inductū est iure nō uo. ut missa & alia diuina, id est, officia quæ prius celebrantur: celebrentur tēpore interdicti. Cum haec tñ obseruatione, scilicet, ianuis clausis, non pulsatis campanis, interdictis, & excommunicatis exclusis: voce tamen submissa, ita ut exterius audiri non possit. de quo est tex. in c. alma mater. §. adjicimus de senten. excom. lib. 6.

A D D I T I O

A D D E lex 15. titu. 9, p arti. 1. & omnino est videndum Ioan. Calderi. in tract. de ecclesiastico interdict. in. 1. parte nu. 60. & §. sed cum tempore. nu. 75. & Angel. à Clauasio in sum. verb. interdictū. in. 6. §. 1. vbi inquit, qđ prædictus tex. in d.c. alma mater. §. adjicimus. Iloquit in gnali interdicto & etiā specialitatā hominū, quā locoru, nō de singulari interdicto alicuius ecclesiæ, & ideo ibi nō posset celebrari, quod bene notandum inquit, quia pauci aduertunt, quod etiā notat Syluest. in sum. verb. interdictū. in. 5. q. 5. vbi plura bona dicit, & istum intellectū Angel. est de mente glo. in dict. §. adjicimus. super verb. ecclesijs.

A Duerte tñ, quod prædicta celebratio. 10
nō est permissa cū ecclesia seminis vel sanguinis effusione est polluta, p eo facit not. gl. in c. extuarū. de privilegiis.

A D D I T I O
D.E hoc melius quā alibi vide o Syluest. in sum. in verbo.
E 5 bo.

bo; Consecratio. 2.q.5. cum quatuor sequentib. vbi vide.

EX quo sequitur, qd durante tali pollu^tione, etiā in illis festiuitatibus exceptis nō debet celebrari. ¶ Et in tantū præmissa sunt vera & obseruanda, qd si aliquod horū p^retermittatur violari censetur interdictū. Ita notat Ioan. Andr. in. c. alma mater. in nouel. de sent. excō. lib. 6. ¶ Ex quo infero valde reprehēsibiles esse quosdā in tēpore interdicti pulsari faciūt campanā, cū in missa celebratur hostia salutaris: nā illa est quādā pars missæ, non ergo ad illā debet pulsari cāpana, vt p^redictū est, sicut nec ad missam. ¶ Quia quod iuris est de toto, quo ad totū est de parte quo ad partē. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. §. nihil autē. Inst. de fideicō. hāredit. c. pastoralis. §. itē cū totū negotiū. de offic. delega. ¶ Infertur etiā violatores esse interdicti, los qui perforāt portas ecclesiæ, vel modicū eas apēriūt cū Corpus Christi in missa eleuatur, vt ab extra à laicis videatur tēpore interdicti, illi enim sunt violatores interdicti per p^redicta, quia illa pars quādā est missæ, p quo optimē facit tex. in Clem. i. in prin. de sent. excō. ¶ Ex quo etiā infertur, qd tēpore interdicti pulsari possit cāpana ad Aue Maria, cū illa nō sit de horis canonici. ¶ Item etiā ad sermonē poterit pulsari rōne p^redicta. Item etiā cū prædicatio populo sit interdicto permissa, qd est antecedens ad ipsum, scilicet, pulsari campanā. vt in. l. ad legatū. & in. l. ad rē mobilē. ff. de pcura. & in. c. in causis. de elect. l. 2. ff. de iuri. om. iud. Et hāc duo de Aue Maria, & sermone tenet Calderin. in tract. de interdict. ecclesiast.

ADDITIO.

Supple in. 1. parte tract. nu. 94. & nu. 97. idē scribit Sylvest. in sum. verb. interdictū. in. 5. versi. quinto quārit quō modo. & Angel. eod. verb. in. 5. vers. sexto pulsatio cāpana rū. Et addes singu. D. Antoni. 3. part. titu. 26. c. 4. §. 2. Nicol.

Ploui.

Ploui. in tracta. de interdict. ecclesiasti. regul. 20. nu. 12. vbi idem tener de Aue Maria. & ibi regul. 39. nume. 24. tener id quod dictum est de sermone, & Eucharistia.

PRædicta tñ quæ dicta sunt, tā circa ad- 15
ministrationē sacramētorū, quā circa celebrationē diuinorū officiorū tpe interdicti, habēt locū in cessatione à diuinis, si illa sit gñalis, facit ad hoc. c. nō est vobis. desponsalib. qui tex. de cessatiōe loquitur, pbattex. in Clem. i. de sent. excō. ¶ Qd tñ dixi de celebratiōe diuinorū, vt possit fieri cū p^redicta obseruatiōe tpe interdicti, habēt locū si in terdictū sit gñale, qd est qñ locus, villa, vel ciuitas interdicti, vt est tex. in. c. cū in partibus. de verb. sign. secus ergo si interdictū sit speciale, vt cū ipsa ecclesia est interdicta. Idē si oēs ecclesiæ loci sint interdictæ. Et hoc vltimū est notandum ita tener Calde. in tract. de ecclesia. interd. pro hoc facit tex. in. d. c. alma mater. qui de interdicto gñrali loquitur. ¶ Et quod dico de intē. dicto speciali procedit in speciali cessatione à diuinis, cum à iure equiparentur. Ita notat hāc, scilicet, separationem Ioan. And. in. c. si canonici. de offic. ord. lib. 6. in nouella, facit etiā tex. in. d. Clemen. i. de sent. excō, quæ loquitur de generalibus cessationibus.

ADDITIO.

ADDÉ Ioan. de Imol. in Clem. ex frequentibus. col. 4. nu. 13. de senten. excom. & Domi. in. c. si canonici. col. 1. & in. §. scituri. de offic. ordina.

Sed circa præmissa dubitatur de quæ- 16
tione quotidiana, nūquid tpe interdicti vel cessatiōis *Quæstio
gñralis possint clerici extra ecclesiā in camera, scilicet, re-
notabili.
citare horas suas cum socio? Sæpè occurrit in scholariibus
clericis Hostien. in. c. quod in tē. de poenit. & remiss. vide-
tur innuere, quod sic: dicit enim super verbo, Conuentua-
libus, posito in illo text. quod ex illo verbo innuitur, non
licere*

licere in capella dicere horas cū socio intra ecclesiā: ergo à cōtrario sensu in camera poterit eas dicere cū socio. arg. c. nonne. de præsumpt. c. qualis. 25. dist. ibi, Quod autē de vno negatur, consequens intellectus pater, quia de quibusdam conceditur.

A D D I T I O.

Confirmata ex dicto nota. Matth. in singu. 77. incip. nota quod si positio. l. maritus. & ibi Iaso. nu. 9. C. de procurato. & l. sed si quis ita. ff. de vulg. & pupil. susti. & Corset. in fin. gul. 23. verb. argumentum. versi. tu habes &c.

Sed falua correctione ego tenerem cōtrarium. Nam vt prædictū est, olim non licebat binos clericos dicere horas suas, quod apparet. Nam ad hoc fuit nouū priuilegiū concessum clericis, vt in ecclesijs cōuentualibus hoc possent. vt in d. c. qd̄ in te. & ibi tenet Doct. signanter Ioan. Andr. Et si tu velis dicere, quod extra ecclesiā non erat prohibitū, sed tantū intra ecclesiā, vt sentit hoc Hostiē. in dicta argumentatione. A cōtrario sensu dicendū est, quod hic nō procedit. Tamen quia nullo iure videtur permisum, vel reperitur expressum:rum etiam quia dispōnit à ratione, quod circa celebrationē effet maior permisso extra ecclesiā, quam in ecclesiā. Cum ecclesia sit dominus orationis.

A D D I T I O.

Vt inquit Seruator Matth. 21. Domus mea. Dominus orationis &c.

Præmaximè cum ad horas dicendas, ille locus sit deputatus, pro quo est bonus text. in c. fin. 92. dist. ¶ Item quia prohibita est celebratio tēpore interdicti, qui ergo dicit illud esse permisum, debet illud probare. Et ex hoc clare patet responso ad illud motiuum Hostien.

Ecclesia
domus ora-
tionis.

Hostien. & hoc fortè considerauerūt Ioan. Andr. & Franc. qui recitauerunt illud dictum Hostien. quantum ad primam partem dicentis, quod intra ecclesiā non poterat clericus in capella dicere horas cum socio. Illam tamē secundam partem, de extra ecclesiā omiserunt, tanquā de ea dubitantes, & fortè ea non credentes. Ex quibus cōcluderem, quod extra ecclesiā (puta) in camera non poterunt duo simul dicere horas, sed unus tantum.

A D D I T I O.

Contrarium videtur sentire Nicolaus Ploui. in tracta. de interdicto. num. 19. versic. Trigesima prima regula. vbi vide in. 9. volumi. tractatum. & expressius Doct. Margal Ius tenet contra istum dominum in sua opella de celebra- tione missarum. fol. 26. col. 2. versi. & per hoc soluitur que- stio, vbi omnino vide.

Nota tamen multum illud, quod prædictum est, quod nec extra ecclesiā in aliqua capella, minus ergo in claustro ecclesiā hoc licebit, vel in aliqua claustrī capella, vt nonnunquam aliqui faciunt & male. Quod probatur nam ista permisso est in ecclesiā. vt in dict. c. quod in te. & in dict. c. alma mater. Claustrum tamen & eius capellæ non sunt in ecclesiā, sed extra, vt est text. in c. si ciuitas de senten. excō. libr. &. Facit etiam quod notat Ioan. de Imol. in Clemen. si dominum. de reliqu. & vener. sanctorum.

In quatuor tamen festiuitatibus (scilicet) in Natiuitate Domini. In festo Resurrectionis, Pentecostes, Assumptio nis virginis glorioſæ. de quibus in dict. c. alma mater. §. in festiuitatibus. licitum est ianuis apertis; pulsatis campanis, voce alta excommunicatis, & interdictis exclusis celebra- tē diuina. vt in dict. §. in festiuitatibus. ¶ Idem dicendum hodie

hodie in festiuitate Corporis C H R I S T I cum suis o-
ctauis, yrin Bulla Eugenij continetur.

A D D I T I O.

I N C I P I T Eugenius Episcopus Quartus seruus ser-
uorum Dei ad perpetuam rei memoriam. & citat Angel.
vbi hoc tenet in sum.verb.interdictum.in.6.num.16.vers.
secundum quod conceditur. & Syluest. eodem verb.in-
terdictum.5.versi.secundo queritur. & refert ad literam
doct.Margall. in sua opella dicta Collectorium de horis
canonicis &c. fol. 3. & ibi eam miro ordine declarat. &
prædicta extraugans habetur in breuiario Salmantino.

18 **C**irca tamen istas folennitates occur-
rit dubitatio, an in eis possit Corpus C H R I S T I
ministrari sanis? ad quod respondeatur quod non:nam ce-
lebratio diuinorum illis diebus est permissa. Non tamen
sanorum communicatio, & cum maneat dictis diebus in-
terdictum, non debet vterius violari quam reperiatur dis-
positum: cum ergo hic nō reperiatur permisum nō erit
admittendum. ita notat Joan. Andr. in dict. §. in festiuitati-
bus. in nouel. vt colligitur in dicto.c. quod in te. ¶ Dubi-
tatur etiam an in prædictis festiuitatibus possit concedi
ecclesiastica sepultura. & glo. in Clem. i. de sepult. (in ver-
bo, à iure.) tenuit quod non. Contrarium tenuit Calderi.
in tract.de ecclesiastico interdicto. Sed opinionem glo. te-
nent Fran. & Joan. de Imol. in d. Clem. i. de sepultu. Item
in d. §. in festiuitatibus. nec alibi hoc reperitur permisum.

A D D I T I O.

I N prædictis festiuitatibus, q̄ homines mortui non
possint sepeliri in ecclesia, nec sanis cōcedi Corpus Chri-
sti, tenet Nicol. Ploui. in tract.de interdict.ecclesia. regul.
9.nu.8.in.9.volū.tract.diuersorū Doctorū, vbi dicit quod
idem tenet Hostien. in c. plantare.super verb.defunctorū.

de pri-

depriuileg. & opinionē istā tutiore inquit Joan. de Imol.
in d. Clem. i. col. 3. nu. 14. Sed contrariū tenet Calderi. in
d. tract.de interdicto ecclesia.2. parte nu. 14. & D. Antoni.
Archipr̄esul Floren. 3. part. tit. 26. cap. 4. in princ. col. 2. &
Angel. à Clauasio in sum. verb. interdictum. in. 6. & Syl-
uest. eod. verb. interdictum. in. 5. quæst. 2. particula. 4. vbi
dicit, q̄ si vera esset opinio prima secundū Federi. nō sunt
irregulares clerici officiando circa sepulturā: quia quantū
ad officium relaxatum est interdictū, quod est notabile.

ET quod magis est supposito quod mor 19
tuus extra ecclesiam sepeliatur, nō poterit pro eo dici
officiū intra ecclesiā, quia censetur accessoriū ad sepulturā
cū ergo sepultura sit prohibita, vt dictū est, ergo & officiū
quod est accessoriū. ita determinat Joan. de Imol. in dict.
Clem. i. ¶ Est ergo magna dubitatio, an in prædictis festi-
uitatibus potest dici cōpletorium in secūdis vesperis? & gl.
in. dict. cap. alma mater. tenuit quod non. Quia in primis
vesperis inchoatur officium & terminatur in secūdis. Sed
quidam tenuerunt contrariū. ¶ Tutius tamen est ab illius *Tutior a-
celebratione cessari.* ¶ Vnum tamen est quod si nō cesset *pimo.*
propter cōcursum opinionū, pōt excusari qui huiusmodi
cōpletoriū celebrauerit, quod non debebit adire ad Apo-
stolicā sedem pro dispensatione, sed legatus poterit cū eo
dispēsare. ita not. Joan. And. in d. c. alma mater. in nouel.
¶ Sed ibi Domini. col. fina. tenet completorium posse ce-
lebrari, quia in diebus festiuitatum prædictarum permit-
tuntur horæ, & completoriū est illius diei cum in nume-
ro horarū sit enumeratum, & illud est illius diei.

A D D I T I O.

A D D E Syluest. verb.interdictum.in.5.q.2. versi. se-
cundū quod de prædictis. vbi approbat opinionē Domi.
& inquit fore tenendā Ange. à Clauasio. in sum. verb.inter-
dictum.

dictum.in.5.nam.18.versit. quero qua hora dies inchoabitur. & Federic.consil.3.

21 **H**is primo principio suppositis ad principale quæstum, scilicet, an celebrans in loco interdicto incurrit irregularitatem. Dicendum quod si scienter hoc facit incurrit, ut nota. in. c. is qui. §. primo. de sente. excom. libr. 6. Idem dico si ignoranter ignorantia crassa, aut supina, cum quo ad irregularitatem contrahendā ista æquiparentur. vt in. c. apostolicæ. de clero. excom. ministra. istud not. gloss. in dict. c. is qui. Lin. §. fina. Et intellige crassam & supinam ignorantiam esse modo supradicto. quo ad irregularitatem contrahendam quando de excommunicatione ageretur.

Hoc tamen ita sanè est intelligendum, si iste durante interdicto propter obseruationem prædictam administrat aliquod officium certo ordini reseruatū de iure, vel de consuetudine: & intelligo eo modo quo dixi supra. cū de excommunicato celebrante ageretur. ¶ Ultra hoc etiā dicendum prædictam poenam irregularitatis habere locum in episcopo, vel in alio clero, qui facit coram se celebrari, tanquam authoritatem præstans. ita notat Innocē. quem sequitur communis opinio Doctorum in. c. tanta. de excessi. prælat. Dicit etiam Abb. ibi vnum valde notable, quod si episcopus vel alius potens interest celebratio ni, ille videtur authoritatem præstare: ad quod possit induci quod notat ipse & probat tex. in. c. ex literis. de excessib. prælatorum.

AD D I T I O.

ADD E Angel. Clauasi. in sum. verb. interdictum. in 6. quæst. 1. & Syluest. eodem verb. interdictum. in. 5. q. 4. vbi allegant gloss. in Clem. archiépiscopo. de priuileg. & alibi diximus.

Ethoc

ET H O C nota, quod valet ad multa. ¶ Et poteris idem dicere pro ratione, in eo qui cum sit suspensus vel excommunicatus majori excommunicatione, facit coram se celebrari, vel posito quod non faciat interest celebrationi: si est Episcopus vel alius potens. Alij autem audientes diuinum officium tempore interdicti non incurunt irregularitatem, peccant tamen, quia faciūt quod à iure eis vetutum est. ita not. Hostien. in. d. c. tanta. ¶ Ultra prædicta autem violans interdictum modo prædicto efficitur irregularis, vt in. c. 1. de postula. prælatorum. ¶ Item non potest exercere ea quæ sunt iurisdictionis, nec iudicare, nec excommunicare, vel interdicere, vel collationes beneficiorū facere, vt probat tex. in. d. c. tanta. Rationem dat ibi Abb. q. cum iste ex irregularitate sit suspensus ab officio iurisdictionali, non potest exercere illud, ad quod induco illud quod notatur in. c. cum dilectus. de consuetu. vbi nota. q. suspensus ab officio nō poterit exercere iurisdictionalia. Cum illa pendeant ab ordine. Nam non ordinatus non poterit illa exercere, tanquam incapax, vt in. c. 2. de iudic. Suspensus ergo ab ordine, vel ab officio, censetur suspensus ab eo quod penderat ab officio. ¶ Sed iuxta præmissa quero, an quemadmodum celebrans in loco interdicto incurrit irregularitatem. Ita communicans in criminе criminoso, puta quia iuuat illum qui celebret in loco interdicto. Idem dico de communicante in celebratione excommunicato, vel suspensi? Ioan. Calderi. in tracta. de ecclesiasti. interdict. tenet quod sic argumento eius quod de excommunicatione dicimus de communicante in criminе criminoso, vt eandem excommunicationem incurrat. vt in. c. nuper. & in. c. si concubinæ. de sent. excō. ¶ Sed Dominic. in. c. is cui. §. sanè. col. fina. versi. istud vtrimum. de sent. excom. libr. 6. tenet contrarium, nam ex primo actu communicans in criminе criminoso non incurrit excom-

F muni-

municationem eandem, vt notant Docto. in.c. contingit de senten.excommu. facit gloss.in Clementi, i.de religio domi.& in Clemen.eos.de consangu.& affinita.

A D D I T I O.

VBI habetur in dict.glos.Clem.eos.in verb.contrahe re.quod poena apposita contrahentibus matrimoniu, non extenditur ad contrahentem sponsalia ,quam ad hoc dixit singul.Angel.à Clauasi.in sum.verb.poena.versic.vtrū poena imposita.& inquit nota.Iaso.in.l. si stipuler. colū.i. nume.5.ff. de verbor. obligat.Philip.Deci.in cap.ad hæc. col.8.num.45. de postula.prælatorum.& est communiter recepta secundum Præposi.Alexandri.in.c.i.col.4.nu.8.de sponsali.& Docto.Didac.Couarvuias in epitome in 4.Decretali.2.part.cap.6.num.22.

Item quia irregularitas non contrahitur nisi in casibus à iure expressis , vt est text. in dict.c.is qui.& ibi notat Domi.de sent.excom.lib.6.Iste tamen casus non reperitur in iure expressus. ¶ Præterea communio est prohibita cum excommunicato non autem cum suspenso vel cum celebrante tempore interdicti. ¶ Item nec cum excommunicato dicitur communio ,ad incurriendum maxime excommunicationem : nisi communicaret in eo criminе, pro quo erat iste excommunicatus : vt in dictis iuribus,quod cessat in proposito , cum iste concelebrans non sit excommunicatus vel suspensus: & sic non communicat celebranti in criminе. Cum ille excommunicatus, vel suspensus celebrat. Non ergo communicans in celebratione est irregularis,nec excommunicatus.

Declinatio autho-
ratis. Ego tamen crederem hoc in eo,qui non est suspensus, vel excommunicatus cum celebraret, secus in suspenso, ve excommunicato, vel suspenso concelebrante, vel in concelebratē tempore interdicti. Nam videtur quod iste

ligetur,

ligetur,nam cum iste cooperetur principaliter celebrandi in illo delicto (puta) in illa illicita celebratione ,videtur quod ligetur eadem poena,per ea quæ notantur in.c.i. de offic.delega.& si eandem incurrit irregularitatē, cogitate tamen in hoc. ¶ Sed ulterius quero,an quemadmodū 26 violans interdictū modo prædicto incurrit irregularitatē: *Quæstionē* idem sit in violante cessationem , & loquitur in cessatione *tabilit̄*. generali.Innoc.in.c.irrefragabili.de offic.ord. tenet ꝑ sic. idem tenet Ioan.And.in.c.si canonici.de offic.ordi.libr.6. Secus dicit in cessatione speciali, diuersitatis ratio est secundum eum, quia specialis cessatio non æquiparatur interdicto, secus in generali.per text.in.c.non est vobis.de spōsali.& in Clem.i.de sent.excom. ¶ Archidiac.tenet ibi contrarium.& Abb.in.c.dilectis.col.4.nu.19. de appella. pro quo facit nam irregularitas nunquam contrahitur ,nisi in casibus expressis à iure. vt in dictis. is qui. Iste tamen casus non est expressus in iure,nisi tantum in interdicto, non tamen in cessatione. ¶ Item hic confirmatur,nā non per omnia æquiparatur cessatio gñralis interdicto : nā cessatio est quid facti , per ea tñ suspenduntur organa diuinæ laudis, hinc est,qd appellatio superueniens eā nō suspendit, cū sit facti,cuius contrariū cōtingit in interdicto, vt probat text. in.d.c.is qui. §. fina. ¶ Sed prædictis nō obstantibus prima opinio videt verior:nā cū à iure ista æquiparentur, vt probatū est. Dispositū in vno habebit locum in alio,& si dicas qd in cessatione nō reperitur hoc expressum,imo contrariū dicendū est. Nā cū à iure ista æquiparentur, dispositū de vno censemus dispositū in alio. ¶ Ad qd optimè facit,nā si in pœnis dicamus quod ille non debeant excedere casum nō expressum , extenduntur tñ ad ea quæ de iure sint æquiparata. ita tenet glo.& sequitur Barthol.& Docto.C. de furt.in.l. si quis seruo.& Bald. in authen. quas actiones. C.de sacro sanct. ecclesijs. 27

A D D I T I O.

Quando duo casus sunt æquiparati à iure, statutum in vno, etiam contra regulas iuris communis intelligitur statutum & in alio, per prædictam glo. in. d. l. si quis seruo.. C. de furt. quam dixit notabi. Ias. in. §. ex maleficij. s. nu. 39. Instit. de actio. & in. l. 1. col. 2. nu. 5. ff. de vulga. & pupil. & in authen. nouissima. nu. 38. C. de inoffic. testa. Rip. in. l. rem quæ nobis. col. 2. nu. 2. ff. de acquir. poss. latè per Barthol. à Cassaneis in consuet. Burgund. charta 383. col. 3. versi octa ua conclusio. ¶ Etiam in materia poenaligloss. in. c. si post quam. in. §. cum autem. verb. prouisione. de electio. lib. 6. quam vide, quia est valde not. & alia est in. c. de multa. de præben. vbi Panor. dicitibi probari in glo. super verb. in ea dem ecclesia, quod quando sunt duo à iure æquiparata, ꝑ poena adiecta in vno, intelligitur adiecta, etiam in alio. ¶ Vbi enim eadem est ratio, eadem ibi solet esse iuris dispositio. l. illud. ff. ad. l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obliga. l. 3. §. 1. ff. de iniust. rup. irritoque fact. testa. ibi, nec ratio diversitatibus redi potest. Nec id venit ex vi extensionis, sed ex legis dispositione. gloss. nota. in. c. sapè. verb. Italiae. de tempor. ordi. libr. 6. quam dixit singula. Panor. in. c. nihil. col. 5. nu. 9. de electio. Bonus casus in. l. his solis. C. de reuocand. donat. Philip. Deci. in consil. 372. col. 3. num. 6. lib. 3. Lauren. Calc. consil. 1. nu. 12. Andræas Tiraquel. plura adducit pro confirmatione in tracta. retractuum, charta 231. col. 1. cum sequen. & in repeti. l. si vnquam. verb. libertis. nu. 37. C. de reuocand. donat. vbi vide, ne transcribam scripta aliorum, quod non est meum, maximè tacito præceptorum nomine. Cum secundum Plini. ad. Vespasianum in procemi. naturalis historiæ, Begnium & plenum ingeni pudoris est, fateri per quos profeceris: & obnoxij profecto animi, & infelicitis ingenij est malè in furto deprehendi, quam mutuum reddere. In hac tamen quæstione

Magister

Plinio.

Magister Margall. tenet cum opinione Abb. vbi supra. in sua opella. fol. 15. col. 2. cum seq. versi. secundo notandum. & ibi citat istum Domi. in isto loco. quem vid.

P Ræsertim quia vbi eadem ratio subsistit, expressum in vnum, censetur expressum in alio, vt nota. text. Instit. de legitima patrono. tutel. in. §. quæ & ipsa. ¶ Nec obstat quod per omnia non æquiparentur: nam quantum ad celebrationem & modum, & obseruantiam eius æquiparantur. vt est text. in dict. Clementi. 1. de senten. excom. Quæ multum facit in hac materia quod sufficit, etiam si quo ad alia: quæ propositum nostrum non tangunt sint dissimilia. argum. eorum quæ notantur per Abb. in cap. translato. de constitutionib.

EX CAPITE SEXTO.

Epitome.

- 1 *I*rrregularitas extruncatione membra, vel occisione causatur, non tamen ex sola percussione.
- 2 *M*embrum dicitur, quod habet officium distinctum & de per se, & plura remisit in hac materia.
- 3 *M*embri amputatio est debilitatio corporis.
- 4 *D*ebilitatum illud esse dicitur, cuius rei usus deterioratus exiit.
- 5 *M*utilatio est quando officium membra impeditur.
- 6 *M*utilatio quandoque sumitur pro tali membra abscissione, sicut truncatio quæ accipitur quando in totum abscinditur.
- 7 *D*ebilitans alicui membrum, ita quod ex percussione efficitur aridum an sit irregularis?
- 8 *S*ententia amputationis manus, verificatur in inutili & arida.

86 Gondifal.de Villadiego Hisp.

- 9 Abscindens membrum aridum efficitur irregularis, ratione deformatris, quæ causatur in homine.
- 10 Incidens digitū non est irregularis, quia nō est membrū, sed pars mēbri, fallit in incidente pollicem, vel indicem, quia eorum usus est in ministrādo necessarius, & cōsequenter horum priuatio reddit penitus innūle pro diuinis officiis exercēdis.
- 11 Amputans virilia, dicitur membra mutilator, & efficitur irregularis.
- 12 Nihil & inutile æquipollent in iure.
- 13 Irregularitatem an indistinctè inducat homicidium?
- 14 Homicidium multipliciter committitur, scilicet facto, consilio, præcepto, & defensione, &c.
- 15 Papa dispensat cum homicida voluntario in irregularitate.
- 16 Conducere armatos in bello iniusto non inducit irregularitatem.
- 17 Percussus non lātaliter si decedat ex propria culpa, vel propter medicorum imperitiam imputatur percussori, quo ad incursum irregularitatis.
- 18 Vulnerans aliquem mortaliter, non tenetur de morte si alius postea vulneratum occidit.
- 19 Mors vulneranti adscribitur, quo ad irregularitatem, licet ab alijs sequatur vulnerati occisio.
- 20 Factum consummatum requiritur ad irregularitatem contrahendā, ideoque vulnerans lātaliter, si tamen non est mortuus non efficitur irregularis.
- 21 Verba naturaliter & non civiliter sunt intelligenda.
- 22 Condītio sp̄cificē & non per æquipollens adimpleri debet.
- 23 Irregularitas mentalis non est in mundo.
- 24 Simonia mentalis nunquam inducitur in prohibitis ex ecclie constitutione.
- 25 Irregularitas nunquid contrahatur ex homicidio perpetrato nomine

Tract. de Irregularitate.

87

- nomine meo me ignorantē, & postea ratum habente?
- 26 A dispositione regulē in dubio non est recedendum.
- 27 Pœnā in casib⁹ exp̄ressis in iure solum habet locum.
- 28 Irregularis nō est, qui vadit ad inimicū animo occidendi, & eum inuenit mortuum, & nihilominus amputat caput.
- 29 Factus inanimati abortum, non facit irregularē, illum qui causam abortionis dedit.
- 30 Irregularitas contrahitur ex homicidio, quādo voluntas vel culpa precessit homicidium non alias.
- 31 Vrsum vel leonem bene ligatum habens, si occidat aliquem non efficitur irregularis, cum ei culpe imputari non pos̄it.
- 32 Accusator in causa criminis ex cuius accusatione sequata fuit mors, vel membra mutilatio, vtrum sit irregularis? quid de iudice, aduocato, & teste?
- 33 Fauorem seu operationem homicidio præbens, est irregularis, quid si hæc impendat in bello iusto?
- 34 Accelerans mortem alterius (puta) extrahens sagittam ut citius moriatur, vel transmutans infirmum in lecto ad aliam partem, efficitur irregularis.
- 35 Percussus post longū tempus decedens, num imputabitur percussori quo ad vinculum irregularitatis contrahendā?
- 36 Generatione ut impediatur præstans causam, siue ē det in masculo, vel in foemina, non est irregularis. Idem est si dederit causam abortioni, si partus nondumerat viuificatus.
- 37 Irregularis quo casu quis efficiatur, si præstabat operam rei licite, vel illicite per optimam distinctionem explicatur.
- 38 Chyrurgicus vel medicus quo in casu efficiantur irregularē, sequuta morte infirmi, etiam casu quo adhiberent omnimodam diligentiam.
- 39 Quid de seruentibus infirmum, extra licentiam medici obtemperantes appetit ui infirmi?
- 40 Quid vero de pulsante campanā vel campanellam, ex casu sibi permisso, vel non permisso, quæ cum forte non effet bene ligata,

88 Gondisal de Villadiego Hisp.

- ligata, vel causa cecidit, hominemque occidit, num pulsans erit irregularis?
- 41 Exercens officium utile non tamen necessarium, dicitur dare operam rei illicitae, ideo homicidium qualitercumque sequuntum illi imputabitur, idem si faciat rem sibi prohibitam.
- 42 Irregularis est dans operam rei licite, quando non adhibuit diligentia quam debuit, eo causa quo fuit in lata vel leui culpa non tamen in leuisima, quod tamen limitat dupliciter.
- 43 Clericus dans causam rixæ ex qua sequutum fuit homicidium per amicos ipsius clericorum interuenientibus, num clericus incurrat irregularitatem, cum fuit causa preordinata istius homicidij?
- 44 Clericus accusans latronem, iustitia exigente si fuerit occisus, quando efficiatur irregularis. Quid de eo qui clamat latrones, latrones capite, si postea captus latro fuit suspensus?
- 45 Iactum lapidis, si necatur a quo fuit, eo quia erant plures in domo, a qua fuit iacta, an omnes reputabuntur irregulares?
- 46 Putativa irregularitas qua dicatur.
- 47 Vulneratus a pluribus, si non apparet de quo vulnere mortuus est, omnes tenebuntur de occiso.
- 48 Clericus praesentiam adhibens cum aliquis occiditur, vel mutilatur, peccat si non habet iurisdictionem, alias efficitur irregularis, quia adhibendo praesentiam prestat autoritatem, homicidio, vel mutilationi.
- 49 Si aliquis scripsit literas militi, ut occideret aliquem, & ille dedit literas suo capellano, illis perlectis sequutum fuit homicidium, an ille clericus sit irregularis?
- 50 Clericus ministrans arma in bello, an sit irregularis? & quibus casibus liceat clericis arma mouere.
- 51 Clericus generaliter scribens, quod capiatur aliquis, si captus occidatur efficitur irregularis.
- 52 Clericus indicans iudicii seculari delinquentem, si captus irruatus vel occisus fuit, efficitur irregularis.

53 Turio-

Tract. de Irregularitate. 89

- 53 Furiosus, infans, seu dormiens, quanvis hominem occidant, vel mutilent non sunt irregularares. Quid de ebrio?
- 54 Ebrius delinquens duplices penas meretur.
- 55 Ebrietas quando veniale & quando mortale peccatum inducat.
- 56 Ebrietas voluntaria insania est.
- 57 Ebrius delinquens in foro fori, quomodo sit puniendas?
- 58 Infans doli capax occidendo, num sit irregularis?
- 59 Intellectus subauditi non sunt admittendi.
- 60 Aetas certa ubi requiritur, non potest suppliri ex malitia nec præcoci intellectu.
- 61 Beneficium principis latissime interpretandum.
- 62 Expressum quam tacitum, est firmius.
- 63 Beneficium inductum miserationis gratia a principe renuntiari non potest.
- 64 Debet specifice seruari conditio.
- 65 Infans aliquando inuenitur prematur intellectus.
- 66 Infans an puniatur pena homicidij?
- 67 Proximus pubertati quis dicitur.
- 68 Impubes non doli capax, quanvis maior infante, non est irregularis quanvis occidat, vel mutileat.
- 69 Dormiens licet aliquem cogitet occidere, occidendo non est irregularis.
- 70 Defendens se defensione necessaria, occidendo non efficitur irregularis.
- 71 Moderamen inculpat etutela quid dicatur?
- 72 Primum ictum inuidentis non tenetur quis expectare, ad hoc ut indicetur iusta defensio.
- 73 Quis quando aliter se defendere non posset, poterit suum insasorem insidioso occidere, puta, veneno vel cum sagittâ per foramen.
- 74 Clericus celebrans aggressus ab aliquo, poterit aggressorem occidere, & postea perficere missam.
- 75 Clericus aggressus tenet ut fugere, si potest sine periculo po-

F 5 tius quam

- tinquam interficere suum inuasorem, quo ad euitandam irregularitatem. Quid si est laicus?
- 76 Mutilatio & occisio equiparantur quo ad euitandam irregularitatem.
- 77 Homicidium commissum ad defensionem alterius, quanvis sit patris, vel matris, inducit irregularitatem.
- 78 Homicidium committitur mandato, non tantum quando expressè mandatur, sed etiam si mandetur indirectè (puta) ut Titum vapulet, vel verberet, & quod non occidat, cum occisionem euenire posse debuit cogitare.
- 79 Revocatio mādati requiritur, ad hoc vt mandans excusetur.
- 80 De consilio quis tenetur, nisi revocet illud quod prius consuluit, & contrarium suadeat.
- 81 Consulens mori pro defensione fidei vel patriæ, non est irregularis morte sequuta, & in num. sequen. 82.
- 82 Clericus rogatus qualiter criminosus esset puniendus, consulens quod morti, quo casu sit irregularis, & quo non?
- 83 Homicidium mandans seu consulens directè seu indirectè est irregularis.
- 84 Officialis seu prælatus est irregularis si permittit mori carceratum ex defectu cibi, eris, vel propter strictum carcerem.
- 85 Index est decapitandus, si tortus decedat propter torturam moderatam, & quomodo possit liberari, ibi explicatur.
- 86 Prædicatores omnino debent abstinere in suis prædicationibus, quidq; quis detinetur in carcere pro crimine, ne dicat alii quid ex quo iudex moueat ad occidēdū vel trucidā delinquentē (maxime ubi iudex est insipies) & qn & qualis hæc suggestio debeat esse, vt non efficiantur irregularis.
- 87 Occidens ad defensionem alienam, & non propriam efficitur irregularis.
- 88 Homicidium ratihabitione committitur, & quali modo.
- 89 Deus cum sit agnitor cordium, cor, & non manū interrogat.
- 90 Communitas si vocaret clericos coningatos ad exercitū, tales clericos

- clericos coningatos vestes clericales & tonsurā deferentes, nō tenentur ire aut mittere, quia efficerentur irregulares & inhabiles ad sacros ordines mortua uxore.
- 91 Defensio utrum sit licita pro rebus cum moderamine inculpatæ tutelæ, & an efficiatur irregularis occidendo, vel mutilando pro earum defensione.

CAPVT SEXTVM.



Lterius dixi quod percussor incurrit irregularitatē. Iuxta hoc tamen dicendū. ¶ Quod aut percussio fuit facta citra mortem, vel membra detractionem, & non incurrit percussor irregularitatem. Aut fuit factū cum mutilatione membra, vel occisione, & tūc incurrit irregularitatem vt est text. in Clem. si furiosus. de homicid. ¶ Et quia fit mentio de membro, aduertendū q; membrū est, Membrū quod per se habet officium distinctum vt manus, & pes, quid? & auris, & huiusmodi.

AD D I T I O.

Membrum enim dicitur omne quod habet propriam, & determinatam operationem: vnde oculus cui proprium est videre, auris cuius propria operatio est audire, nasus cuius propria operatio est odorare, lingua cuius propria operatio est gustare, manus cuius propria operatio est tangere, pes cuius propria operatio est ambulare, vt ex regio Propheta colligitur in Psalmo 113. & Psalmo 134. & ex Salomone in libro Sapientiæ c. 15. & ex Beato Paulo Apo stolo. 1. ad Corinthios 12. Bart. & Ioan. de Imol. in l. 2. ff. depubli. iudic. Cum ergo absque dubio propriè & strictè sumendo, hæc sunt membra per se potentias & proprias distinctas operationes habentia. vt colligitur ex prædictis & ex Philoso. 4. Metaphysicæ ad fin. & Bald. in l. reos. co lum. 2.

Psal. 113.
& 134.
Sapi. 15.
Aposto. 1.
ad Cor. 12.

lum.2.C.de accusat.idem Bald.in.c.1.de noua forma fidelita.col.1.nu.5.text.in.c.singula.89.distin.facit text.in.l.si fugitiui.& in authen.ibi posita.C.de seruis fugiti.latissime per Angel.Aretin.in tract.maleficiorū.verb.membrum prædictum.singulariter Nellus à sancto Geminiano intra statu bannitorum.in.2.part.secundi temporis quæstio.51.num.51.charra 57.in.2.volū.tractatum diuersorum Doctorum Præposit.num.2.post Panor.in.c.de diacono.nu.10 qui cleri.vel vount.idem Panor.in.c.significasti.col.fin.8.& ibi in Apostillis ad eum.de electio.& Cosmas Guimier in gloss.pragmaticę sanctionis, sub rubr.de causis super verb.in capite.charta 139.col.4.optimè per Ioannem ab Anania in.c.cum ex iniuncto.col.2.ver.Nota quæ dicantur membra corporis.de hæreti.Panorini.& Felin.in cap.cum illorum.de senten.excom.Et appellatione membra quid veniat ultra istos vide enīd.Felin.in.c.ego.N.de iure iuran.col.2.num.1.Bartholom.Cœpol.in repeti.authen.sed nouo iure.quæst.8.name.43.C.de seruis fugiti.Philip.Deci.in.c.significasti.col.fin.nu.22.de electio.Bartholom.Cassan.in consuetudi.Burgundia rubri.1.5.in part.oni mutilacion de membres.versic.Item quia hic sumus.¶ Et est notandum quod amputatio membra est debilitatio corporis.¶ Nam debilitatum, seu mutilatum illud esse dicitur, cuius rei visus deterioratus sit. ex sententia Bart.in.l.ait prætor.5.is autem.num.1. ff. ne quid in flumi.public.& in.l.publicorum.fina.quæst.colum.4.num.16. ff.de public.iudic.Angel.in.l.non solum. ff.de rei vendica.5 declarando illū tex.dū inquit,debilitatū hominē.¶ Mutilatio vero est qñ officiū membra impedit.Panor.in.c.cū illorum.col.3.de sent.excō.¶ Quandoq; tamen intelligitur etiam mutilatio pro totali membra abscissionē secundū Felin.in dict.cap.cum illorum.col.3.nu.12.quem sequitur Philip.Deci.in.l.imperium.col.4.num.21. ff.de iurisd.omni.

omni.iudic.mutilati, id est diminuti corpore: non facile citra superioris relaxationem sacris admouentur in nostra religione:id ipsum & veteribus cautum, monet declamationum.4. Seneca: vbi de Metello inquit, Sacerdos integer sit. Metellus Pontifex, cum arderet Vestꝝ templum, dum rapit palladium, oculos perdit.Sacerdotium illi negatur,& mox contra Metellum.Sacerdos non integri corporis, quasi mali hominis res, reuocanda est, ita declarat Jacob.Spiegel.in Lexicon iuris pagin.368.vbi dicit esse videndum Rhodigin.c.2.lib.8.¶ Et in hac significatione intelligo gloss.in.c.accusasti.de accusa.verb.mutilatus.dum dicit membris, scilicet ex qua mutilatione contingit debilitatio in toto homine.¶ Et text.in Clem.1.de homicid.in quantum loquitur de mutilatione debet intelligi de truncatione & totali abscissionē vt statim probabitur.¶ Truncatio vero dicitur quando membrum in totum abscinditur, secundum Panor.in dict.c.cum illorum,& quodlibet istorum inducit irregularitatem,sicut homicidium, secundum Panor.& Felin.num.12.in.d.c.cum illorum.pertex.in.d.Clemen.1.de homicid.¶ Addendum est quod debilitans 7 alicui membrū, ita quod ex percussione efficitur aridum non incidit in irregularitatem.ita tenet Panor.in.c.1.nu.9, qui cleri.vel vount.& ibi Præposit.col.1.& in.c.clericis.col.1.nu.3.ne clericū vel monach.& Anani.in.c.1.col.2.nume.4.de cleri.pugnabit.in duel.Felin.in.c.petitio.col.1.versi.notā secūdo.de homicid.Angel.de Clauasio in sum.verb.homicidium.in.5.quæst.5.& Syluest.eodem verb.in.3.q.3.parti.3.Felin.in.d.c.cum illorum.nu.12.vbi reputat menti tenendum.Cardi.in.d.Clem.1.quæst.31.de homi.& Stephanus Aufrerii.in decisi.Capel.Tholosanæ 207.& tenet noster Author statim in versi.sequenti.incip.Sed iuxta hoc quæro.¶ Et Panor.in.d.c.clericis.nu.3.ne cleri.vel monach.exponit prædictam Clemen.1.de homicid. in quan-

in quantum loquitur de mutilatione, pro de truncatione, nam membrum debilitatum valet sicut ad decorum, & dicitur membrum adhuc. idem Panor. in capit. accusati. nu. 3. de accusatio. Est bonus casus in. c. sicut vrgeri. i. q. i. ibi dum inquit. Verum quidem esset membrum, quāuis fine sanguine, & inefficax esset & mortuum. Consimilis etiam tex. & singula. in. l. vitem. §. quod si quis. ff. arbo. furt. cessa. ibi dum ait. Ideo ea quoque arbor esse videtur, cuius radices desierunt viuere, & sic est desicata. Quōusque durat super terram, & incidens illam perinde punitur ex illo titulo, sicut si incideret aliam viuentem, ergo clare patet

8 hæc iura probare conclusionem prædictam. ¶ Ad idem est gloss. in authen. sed nouo iure. super verb. manus. C. de seru. fugiti. & glo. Montal. in. l. i. titu. 12. de falsis. libr. 4. for. legum, vbi approbat & intelligit sententiam prædictæ gl. in dict. authenti. sed nouo iure. de seru. fugiti. Vbi sententia amputationis manus contra aliquem, verificatur in manu arida, & inutili, quam gloss. ibi in proprio loco in sua reperi. approbat Bartho. Cœpolia num. 36. & Prxpo. Alexandri. in. c. imperiale. §. callidis. col. fina. de prohib. feudi alienia per Federi. lib. feudorum. & Petrum Sancius Vascoletus in tracta. dividui. & indicidui. col. 24. totius tractatus. Et ista asserit communem Alciat. in tracta. de presumptionib. regul. 3. præsumptione 45. num. 13. ¶ Adde supradictis glossimilem in authen. vt nulli iudic. §. quia vero. in parte absclio. collat. 9. & pro confirmatione quæ scribit Iaso. in. l. mandatum. in versi. contra tamen illud &c. ff. de offi. eius cui mandata est iurisdictio. vide in contrarium quæ notat Ias. in. l. si dari. nu. 4. ff. de verb. obliga. Ratio est quia in poenitentia est mitior interpretatio amplectenda. cap. in poenis. & ibi Ioan. Andr. de regul. iur. lib. 6. l. cum quidam. ff. de liber. & posthumis. & vbi que passim hæc interpretes probant.

¶ Sunt tamen aliqui qui hanc nostram conclusionem vindicentur

Sententia amputatio manus manu verificatur in arida.

dentur intelligere, quando debilitatio non est totalis, sed stat. v. suseius aliqualis: vbi autem ex toto debilitatur, & efficitur mancus, forsan sicut erat ille de quo in sacris literis scriptum est Luc. 6. & restituta est manus eius, quia poenitentia operationi erat inutilis, hoc casu cum inutili operationi redditur poenitus, efficitur quæ irregularis, sic debilitans membrum, argu. nota per Cyn. in. d. authen. sed nouo iure. vt sentit expressè Steph. Auffreri. in dict. decisi. quāuis contrariū notauerit Ioan. ab Anani. in. c. tua nos. §. ad ultimum. col. 2. nu. 6. de homicid. in quantum dicit, & sufficit membri debilitatio ad incurriendā irregularitatē. Et est demēte Sylvest. in summa verb. homicidium. 3. versi. Tertio queritur. ¶ Quia cum ex talī mutilatione reddatur poenitus inutilis ad exercitium diuinum, tale membrum debet iudicari tanquam si non esset, cum de nihilo ei defervire possit, text. in argum. cum gloss. verb. inutilem. in capit. inter corporalia. de translatio. episcop. velectio. cum gloss. optimam in. l. fina. G. ad legem Iuliam de Plagia. quam commendaui in meis scholijs hoc Anno æditis ad opera Seguræ in repeti. l. imperator. numer. 140. ff. ad. S. C. Trebellia. charta 126. columna tertia, & commendat ipse Seguria repetit. si ex legati causa. num. 134. ff. de verborum obligationibus. vbi plura remitti in meis additionibus. Confirmatur ex sententia Bald. in. l. si non simpliciter. colum. quinta. numero. decimo sexto. C. de edilit. eidsto. ¶ Vbi dicit, quod si statutum punit debilitantem membrum, non punit eum qui debilitat membra inutile. Secus tamen si punit rario ne deformitatis. Ego quidem nondiscederem à dispositione prædictæ Clemens. primæ. de homicidijs. quod requiratur ad incurriendam irregularitatem absclio totalis membra, aut occisio: prout supra iam dixi in declaratione illius verbi. mutilare; nam recipitur pro truncare, & non manchare. & est de men-

de mente Panor.in.c.porrò.col.2.de cleri.pugnā.in duell.
& ibi Anani.nu.4. ¶ Et irregularitas (vt sēpē est probatū)
non haber locum nisi in casib⁹ expressis in iure. Ergo ex
tali mutilatione, imo debilitatione cum membrum ibi sit
non segregatū à corpore non deber iudicari percusor irre
gularis. ¶ Et ex prædictis deducitur, q abscindens mem
brum aridum ratione prædictæ Clem.1. efficitur irregularis,
quod videretur de mente Panor.in.c.1 qui cleri. vel vo
uen. ¶ Vbi infert, quod incidens alicui digitum, non est ir
regularis, secus si totam manum vel oculum, &c. Etidem
tenet Angel.de Clauasi.in sum.verb.homicidium.in.5.q.
5.versi.vtrum truncatio.& Syluest.eod.verb.homicidiū.
in.3.quæst.3.parti.4. Quia non est membrum, sed pars
membrī.l.non sunt liberi.ff.de statu homi.Bart.conſi.201.
incip. Quæritur vtrum digitus. Deci.in.1.si fugitiui.col.2.
C. de seru.fugiti. cum alijs authoribus in capite huius an
notationis meæ allegati. ¶ Quæ tamen conclusio intelli
git Syluest.in loco supra proximè citato, nisi digitus inci
sus esset pollex, vel index: quia horum vsus est in ministrā
do necessarius, & cōsequenter redditorum priuatio pœ
nitut inutilem, pro diuinis officijs exercendis: ideo incidēs
efficeretur irregularis, facit distinctio. l. idem Offilius.in
princ.ff. de edili.edict.ca.1.&.ca.Thomas. de corpor. vi
tia.& glo.in.c.lator.55.dist. & videtur esse de mente Ioan.
ab Anani. in.c.1.col.2. nu. 4. de cleri. pugnan.in duell.

Digitus autem non est membrum, sed
pars membra: quia non haber de per se officium di
stinctū. ita notat Barthol.in.1.2.ff.de public.iudic. ¶ Et per
hoc dicitibi Angel. quod cum virilia sint membra ampu
tans alicui virilia: dicitur mēbri mutilator: & per hoc pos
set dici quod incurrat irregularitatem, & abscindens sibi
virilia etiam ex bono intentu peccat mortaliter, secundum
Anto.

Anto.2. parte tit.7.in fi. verbis. ¶ Sed iuxta hoc quero, quid 12
si aliquis non amputat alicui membrum, sed debilitat, &
inabilem reddit, an incurrat irregularitatem? & videtur
primo quod sic, quia nihil & inutile æquipollent. vt in.c.
inter corporalia.de translat. episcopi vel elect. Cōtrarium
tamen determinat Francisc. quem sequitur Abbas in. c. 1.
qui cleri. vel vouent. quia nullo iure cauetur hoc. Item
quia non per omnia quo ad paria iudicantur membrum
debile & mutilatum, saltem propter deformitatem.

A D D I T I O.

V T dico in superiori Apostilla ad istum versic. sunt
tamen aliqui. nume. 7. vbi vide.

H Is præmissis quæro, an homicida in- 13
distinctè incurrit irregularitatem? Et quod dicam
de homicidio, intelligo per omnia in eo qui mutilat mem
brum. Cum ista à iure æquiparentur quantum ad irregu
laritatem contrahendam, vt prædictum est.

A D D I T I O.

Homicidium vtrum impedit ordinis susceptionem,
& sic inducat irregularitatem, melius quam alibi tractat
Ricardus de Media.Villa in.4.sent.dist.25.arti.5.quæst.3.
vbi per sex columnas discutit punctum: & Diuus Antoni.
archiep.Florent.in.3.part.rit.28.c.2.& Angel. à Clauasi.in
sum.verb.homicidium.5.quæst.1.& Syluest.verb.homi
cidium.in.3.Hostien.in sum.rubri.de homicid.§.qua pœ
na feriatur. & Petr. à Biaxio in directori.electionum.c.30.
2.partis. & Domi. Bernard. archipræf Calaguritanens.
in praxi crim.canoni.cap.88.verb.homicidæ.& Caieta.in
sum.verb.homicidium.pagella.327. vbi inuenies plures
quæstiones in hac materia, quas transcribere nolo, cum vo
lentibus ea legere facilitas adsit. Et an propter homicidiū
debeat quis à sacris ordinibus prohiberi, vide S. Thomā

G in 4.di-

in.4.distin.25.arti.1.quæst.2.ad secundū.quæstiuncula.¶
Et circa istud caput in principio præmitte dicta à Ioanne
Maiore in.4.distin.15.quæst.14.& Albert. Trocio lib.2.de
14 vero & perfecto cleric.cap.24. ¶ Homicidium vero com
mittitur facto,præcepto,consilio,lingua, siue adhortatio
ne, & defensione, vt est glossa magistra in.c.sicut dignū.
§.fina.verb.consilium.de homic. vbi allegat ad hoc plura
iura,vbi probat,ex homicidio quis effici irregularem, etiā
si occidat Paganum, siue Sarracenum. ¶ Nec cum tali ho
mida voluntario dispensatur, etiam per Papam, sed in
hoc vltimo, imo quod dispensetur, tenetur communiter
secundum Panor.ibi col.2.nu.12.& secundum eund.in.c.
cleric.i.1.col.2.nu.5.devita & honest.cleric. tenet Ho
stien.in summa de homici.§.quæ dispensatio. Specula.in
titu.de dispensa.§.iuxta propositionis.nu.3.Ioan. de An
ani.in.c.ad audientiam.col.2.num.3.de homic.& ibi Felin.
col.1.num.3.Idem Felin.in.c.fina.nu.6.de maiori. & obe
dien. Petr. à Biaxio in directorio electio. 2.part. c. 30. &
Diuus Antoni.3.part.titu.22.c.7.versi. Decimus octauus.
& ista est communis opinio secundum Ioan.ab Anani. in
cap.sicut dignum.§.insuper.el.2.col.3.nu.9.de homic. &
Angel.in summa verb.homicidium.versi.vtrum cum ho
mida.& in verb.irregularitas.in.2.quæst.3.Syluest.eod.
verb.quæst.28.& satis probatur ex congestis à Ioan. Bat
ista Caccialup.in tracta.de pensionibus.quæst.19.nu.48.
quem rogo videoas. Iura tamen quæ dicunt quod non di
spensatur cum homicida debent referri ad difficultatem,
quia de facili cum talibus non dispensatur, nō tamen quo
ad potestatem. Cum hæc irregularitas sit iuris positui. vt
supra in cap.1.istius operis à me probatum est.

Circa hoc considerandum, quod ho
micidium committitur tam facto,quam præcepto,
siue

siue consilio,aut defensione.vt in.c.Henricus.in fin.de cle
ric.pugnan.in duello.& in capit. si quis viduam.50.distin.
aut factō aliquo modo voluntate & in aliquo casu. Si vo
luntate aut percussit quis animatum aut inanimatum : si
animatum incurrit quis irregularitatem, & si iustè & me
ritoriè occidat , vt contingit in iudice iustè occidente.
vt in dict.Clemen.si furiosus.de homici. Item in occiden
te Sarracenum , vel alium inimicum fidei. vt in cap.peti
tum.de homicid. ¶ Quod procedit nedum si per se occi
dat voluntate, sed si causam dedit homicidio.vt in.c.de cæ
tero.de homicid.quod intelligi debet , si causa sit propin
qua , secus si sit remota.vt in.l qui domum. ff.loca.ita not.
gloss. in dict.c.de cætero. Sed huic obstat.c. presbyterum.
de homic.vbi videtur quod supposito quod percussio illa
nō intulerit immediatè mortem, si tamen occasione illius
& ex illa,aliā infirmitatem incurrit imputari debet percus
sienti:tale homicidiū, adeo quod incurrit irregularitatē,&
sic ex causa remota incurrit irregularitatem. Dicendū est
quod illa causa nō est remota , sed cohærens,imo causans
ipsam causam immediatā,& quæ religiosis adhærent, reli
giosa sunt.l.quæ religiosis. ff.derei vendica. ita tenet Ioan.
Andr.in dict.c.de cætero. & hic nota pro intellectu istius
materiæ. Et dicitur causa remota quæ nō est ordinata ad il
lud quod inde sequutū existit. ¶ Et aduertendū, q̄ ista nō
imputatur,nedū id ante operā rei licitæ, sed etiā rei illicite.
Quiaremota est ita notat haberi in dict.c.de cætero.

ADDITIONAL.

N O N enim inducit irregularitatem cōducere armato
s,in bello etiā iniusto,quia nō fuit causa immediata bel
li prædicti. Sed remota, quæ non inducit irregularitatem.
ita Ioan.de Anani.in cap.petitio tua.col.2.num.7.de ho
moc.& dicit esse ad hoc glo.singul.in cap. exhibita.de ho
mocid.(quæ & glo. est in verb.corruens.)

*Bona que
stio.* **E**X P R A E D I C T I S insertur ad questionem, posse ut percuti aliquem, illa tamen percussio non erat letalis, sed propter incuriam suam, vel propter imperitiam medicorum illo vulnere decessit, an vulnerans sic, sit iudicandus irregularis. Guiliel. de Mont. Laud. mouit questionem in dict. Clem. si furiosus. & concludit quod sic ad quod allego tex. expressum in c. exhibita. de homic. vbi appareat ex text. q̄ mors non fuit sequuta, excusat tamen percussor ab irregularitate. Primum quia ibi tenent Docto. signanter Abb. ille qui eiecit lapidem dabant operam rei licet. Ergo alias imputaretur ei homicidium illud quod contingerat, non ex vulneris quantitate, sed propter imperitiam medicantis & incuriam patris pueri, vt dicit ibi textus.

A D D I T I O.

R A T I O est, quia fuit vulnerans causa praordinata ad homicidium postea sequutum, ideoque tenetur de homicidio prouenienti vulnerato, vt est bonus casus in c. is qui. de homic. lib. 6. ibi & hoc euenire posse debuit cogitare, hoc est quo ad poenam irregularitatis, ita per illū text. tenet Hippolyt. consi. 7. col. 8. versi. vel etiam potest responderi. nu. 53. lib. 1. facit text. in c. fin. de iniur. ibi qui occasionem damni &c. Secunda tamen esset in foro seculari si vulneratus esset mortuus ex mala cura velex imperitia medi ci, velex aliqua inordinata comedione, vel inobedientia infirmi, vel quia non adhibuit medicum, vel si habuit accessum ad mulierem. vt bene probat Felin. in c. presbyterum. col. 2. de homic. & Dida. Segur. in repet. l. si ex legati. num. 146. ff. de verb. oblig. tex. & ibi Bald. in l. qui occidit. §. fin. ff. ad l. Aquil. Anani. in c. presbyterum. col. 3. nu. 13. de homic. quod est menti tenendum ad defensionem vulnerantis in foro seculari. Caiet. 2. 2. quest. 64. arti. 8. dicit q̄ percutiens vulnera non letali, non est irregularis, si percutius

cussus incuria chyrurgi, vel ex sua in ordinatione, & culpa ut praemissum est moriatur. Quæ opinio probari possit ex Angel. à Clauasi. in sum. verbo, irregularitas. versic. vrum verberans. & in versi. sequenti. incipi. Quid si post quam cōualuit, & satis videtur probabilis eo casu quo certitudinaliter constaret vulnus non esse letale ex peritorū assertione, vt pote si ex noua impositione veneni in vulne remoriatur, quia tunc satis constat non ex vulnera, sed ex impositione veneni mortuum fuisse vulneratum, alias autem si causa sic evidens non fuisset, irregularē ex communi opinionē vulnerantem etiam non letaliter iudicarem, & teneret id quod noster Author. Sylvest. in sum. verbo, homicidium. 3. quest. 7. & Angel. eodem verb. homicidium. 2. versic. vrum letaliter.

Quid tamen si vulnus erat letale non tam ex eo fuit sequuta mors, forte qui alius occidit, nunquid ille qui prius letaliter percussit sit irregularis? respondeatur, quod ille incurrit irregularitatem, pro quo est text. not. in c. significasti. de homic. & ita notat ibi glossa quam sequitur ibi doctor. sufficit enim quod ibi interfuerit animus. Et si dicas quo ad irregularitatem requiritur actus consummatus, nec sufficit voluntas etiam cum attentatu. notat glossa in c. exhibita. & in c. sicut dignum. de homic. Dicendum quod ibi actus fuit sequutus etiam si per alium, quod sufficit, vt in dict. c. significasti. & hoc est notabili.

A D D I T I O.

A D D E Ioan. ab Anani. in c. significasti. col. 2. num. 3. & col. 1. num. 28. de homic. & dubium huius questionis est ex l. item mela. §. sed si plures versi. Celsus. ff. ad legem Aquil. & in l. huic scripturæ. versic. si seruus. eod. titul. vbi est dispositum quod, vulnerans aliquem, si postea occidatur ab alio. vulneratus propter dubium primus tenevit de

G 3 vulnere

vulnerere tantū. Secundus vero de morte in foro cæsarī, huius sententiae est Bart. in tracta. de differenti. interius cano. & ciui. nu. 223. Cœpol. in cautel. 5. num. 2. Ludoui. Roma. singu. 256. & Francisc. Cremens. singu. 55. Campezi. in tracta. de statu. loquentibus de dote. quæst. 3. nu. 1. Hippolyt. in l. lege Cornelia. col. 9. nu. 87. versi. decimoquinto limita. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. nihil interest. nu. 18. cod. titu. & in praxi causa criminis. §. & quia. nu. 26. Ferd. Loazes in tracta. super noua Paganorum conuersio. col. 77. §. alia etiam ratione prædictis paganis. num. 31. Ferdin. Gomez Aria. in l. 8. Tauri. nu. 7. ¶ Tamen licet hoc inductum sit à iure ciuili in dubio argum. casus nota. in l. 1. §. si dominus mortiferæ vulneratus. ff. ad Syllania. Contrarium est de iure canonico, nam in isto facto. in dubio præsumitur irregularis. text. cum gl. 5. & glo. 6. in c. significasti. de homicidio. & in c. ad audientiam. eod. titul. & glo. fina. in cap. presbyterum. eod. tiru. & in c. si quatuor. verb. quicunque. 23. quæst. fina. Felin. in dict. c. significasti. el. 2. col. 1. versic. nota ibi ad mortem. & in dict. c. presbyterum. col. 2. versi. tu dicas quantum ad irregularitatem. de homicidio. & istam partem approbat. Benedict. de Vadis in repertori. Felin. verb. irregularitas. quæst. 6. fol. 65. col. 3. subijciens se de facto habuisse casum in clericō Bergomensi facit decisio domini de Rora in decisi. causarum, causa 14. dubio 34.

20 **V**i tamen de se vulnus esset lætale, si tamen mors non esset sequuta, nec ex vulnero illo nec ex aliō, nō incurrit irregularitatem ille percussor, quia factum consideratur ad irregularitatem contrahendā, nec sufficit animus, vt prædictum est.

A.D.D.I.T. I.O.

CVM factum deficiat in quo lex promotionis conficitur, non est aliquis irregularis iudicandus. text. in cap. fina, 5. quæst.

15. quæst. 1. Hostiens. in summa rubri. de homicid. §. qua pœna. versic. quid ergo. vt est truncatio vel occisio, vt expressum est in dict. Clem. vnicā. de homicid. sed sic est in hoc casu, quod iste vulneratus non fuit occisus nec truncatus, vt dictum est in dicta Clementi. & per Panormi. in capit. tua nos. §. ad ultimum. numero. 7. de homicid. & ibi Anani. nume. 6. igitur non debet iudicari irregularis.

Cum irregularitas non extendatur nisi ad casus expressos per cap. is qui. de senten. excommu. lib. 6. vt probauit in capit. 1. nume. 16. istius tractatus, & ex illa percussione quævis lætali vulneratus mortuus non fuerit, est absque dubio in nostra materia.

Quia verba naturaliter, propriæ, & non ciuiliter, seu 21 impropriæ sunt intelligenda. Casus famosus in l. si quis aliquid. C. de his qui veni. æta. impetraue. cum multis concord. congestis ab Andræa Tiraquel. in rep. l. si vñquam. verb. suscepit liberos. nu. 15. C. de reuocand. donati.

Tum etiā quia verba prædictæ Clem. vnic. ibi mutaret, 22 vel occidat, inducunt conditionem, ideo impleri debent formaliter & specificæ, & non per æquipollens. l. Julianus ait si hæredi. & l. qui hæredi. & l. Meuius. ff. de cond. & de monst. & trado in meis Additionibus ad Didacū de Segura in rep. l. imperator. col. 15. nu. 28. ff. ad Trebellian. in illa quæstione in qua tenet Segnr. post Barba. Conditionem fideicōmissi cessare per natuitatem filij amici, quam conclusionem ego ibi nō approbo. ¶ Et ne de nihilo hæc fundamēta nobis deferuire videātur. Infero ex mente nostri autoris, q̄ irregularitas mentalis nō est in mūdo. Ita tenet Specul. de dispensa. §. iuxta. num. 5. Diuus Antoni. 3. part. titul. 28. capit. secundo. & Syluest. in summ. verb. homicidium. 3. quæst. 1. & quæst. 2. & Felin. in cap. sicut dignum. col. 4. num. 11. versic. fallitterio. de homicid. Panormi. in c. si aliquis. nume. 3. eodem titul. licet gloss. contrarium pro- 23

*Irregulari-
tas menta-
lis nulla.*

bet in c. periculosa de poenitentia distin. n. quia in credo hoc
idem sensisse, sed esse corruptam incuria excusorum, in li-
bro doctorum antiquorum vii Archid. & aliorum ibi re-
ferunt eam, ipsam reprehendentes tamen in meo libro ha-
bet negatiuam, & sic non effici irregulararem. ¶ Confirmat-
24 ur nam irregularitas est inducta ex ecclesiæ cōstitutione,
quæ auctus tantum mentales ligare non vult. ¶ Ideoq; nc-
tabi. dixit Ioan. Andr. in c. tua nos. de simoni. q; nunquam
solaintentio, siue voluntas inducit mentalem simeniam
in prohibitis cōstitutionibus ecclesiæ. Et refert & sequitur
Baptist. Caccialup. de pensionibus. quæst. 19. nu. 3. & dice-
bat Panor. in c. mandato. de simon. nu. 6. Papam dispensa-
re posse super simonia, quia tantum prohibita iure positi-
uo. ¶ Ex quibus subdeducitur ex ratihabitione homicidij,
quod meo nomine est commissum, absq; meo mandato
non me effici irregulararem. Nam non est dare medium, q;
aut fuit commissum nomine alieno & non meo, & ratum
habere hoc casu minimè possum, ex regula text. in c. cum
quis. de sent. excom. lib. 6. regul. ratum. de regul. iur. libr. 6.
glo. in Clem. . . verb. rata. de pen. Aut fuit commissum no-
mine meo eo casu quo ego non fui causa præordinata &
proxima homicidij: & per prædicta videtur quod ex sola
ratihabitione non sim irregularis. ¶ Licet iuris regula sit ra-
tihabitionem retro trahi & mandato comparari. de regul.
iur. libr. 6. de qua singula. per Felin. in c. sicut tuis. col. 3. de si-
mon. vbi ponit ad hanc regulam nouem limitationes. &
in c. mulieres. col. 2. nu. 4. de sent. excom. & in materia fi-
ctionum ponit Iaso. in l. si is qui pro emptore. ff. de vscu-
picio. num. 129. sed ex mandato efficeretur irregularis, er-
go pariformiter ex ratihabitione, quod non est conceden-
dum, cum in mandato fuerit causa causans & præordina-
ta ad homicidium, secus in ratihabitione, quia iam erat
perpetratum & perfectum homicidium quando ego ra-
tum

tum habui, nec obstat text. in dict. c. cum quis. de sent. ex-
com. libr. 6. Nam tantum loquitur in sententia excommu-
nicationis & non in irregularitate. ¶ Quæ poena licet pos-
set ex iuris interpretatione in materia poenali extendi, non
tamen habet locum in irregularitate, quia habemus regu-
lam; quod tantum in casibus expressis in iure habet locū.
vt probauit in c. i. supra, in nu. 16. ¶ Ergo cum à regula nō
sit discedendum, nisi in casu expresso. vt est text. in c. quo-
niam nemini licet. & ibi gloss. de coniugio leproso. lab ea
parte. ff. de probatio. l. suis quoque. §. puto. versic. propter
quæ ff. de heredit. institu. nota. in l. omnis diffinitio. ff. de re-
gul. iur. latè probat Ioan. Neuiza. in Sylua nuptiali. libr. 6.
num. 21. & Andrxas Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 1.
præsumpt. 28. num. 8. ¶ Cum etiam quia irregularitas in
hac quæstione est poena, quæ non habet locum nisi in casi
bus à iure expressis, vt probauit in c. i. istius tractatus. & est
communis conclusio secundum Rochum Curti. in tract.
de iure patronatus. verb. honorificum. quæst. 60. num. 95.
ergo allegans fallentiam (cum sit regula pro nobis in hac
parte) eam prober. ¶ Probatur magis clarè, quia clericus
qui amputauit caput mortui, animo interficiendi eum si
fuisset viuus, non efficitur irregularis. secundum Archidia.
in c. fin. 15. quæst. 1. quem refert & sequitur Diutis Antoni.
in summa 3. part. titul. 28. capit. 2. §. quinto. versic. item. di-
cit Archid. & Felin. in c. à nobis. in 2. col. 2. nu. 3. de senten-
excommuni. Hippolyt. in l. qui sine accusatoribus. col. 6.
num. 25. ff. de quæstio. & Nicola. Ploui. in tracta. de irregu-
larit. regul. 27. num. 17. Et ista opinio Archid. communiter
tenetur, teste Syluest. in sum. verb. homicidium. 3: quæst. 7.
& sequitur Nicol. Boeri. decisio. 316. si quis volens. versic.
quinto clericus. nu. 11. tenet Corrad. de contractib. q. So.
nu. 3. Licet voluntas occidendi ibi fuerit non est irregu-
laris, ratio est quia ad hoc q; homicidium cōmittatur requi-

ritur quod homo animatus occidatur.c. sicut dignum. de homici.c. quod vero nō formatum Moyses. 32.q.2. ¶ Vbi abortus foetus inanimati nō imputatur ad homicidiū, vt efficiatur irregularis.g. in. c. si aliquis de homic. text. & ibi Felin. in. c. sicut ex literarū. eod. tit. Caiet. in sum. verb. abor tus. vbi dicit si foetus adhuc nō erat animatus anima ratio nali: quia tunc occiditur homo: nō qui est, sed qui genera batur, qui nō est adhuc actualiter homo. Et est peccatum mortale: quia quantū in se est, ad hoc tendit vt tollat vitā hominis iam inchoatā. Nō tamen incurritur irregularitas homicidij, quia nō est adhuc actualiter homo qui occidi tur. Hęc ille. ¶ Et quod non efficiatur irregularis, ratione homicidij, nisi homo actualiter occidatur, est glo. in verb. occidendi. in. c. sicut dignū. §. illi autem. de homic. & in. c. fin. 15. q. 1. Ideo probat Paul. Grilland. in tract. de heret. in titul. de sortilegijs. §. decimotertio prosequendo. nume. 9. Quod clericus ministrans poculum amatoriū, non est ir regularis, nisi effectualiter viuentē foetum, id est, hominē occiderit. Idem tenet Angel. in sum. in verb. homicidium. cl. 2. ver. quid de eo qui dat poculū amatoriū. & Syluest. eo dem. verb. etiam. 2. q. 1. 9. Panor. in. c. si aliquis de homicid. 30. nu. 2. & Anani. nu. 5. ¶ Id etiā cōfirmatur nā nō fit quis ir regularis propter solū homicidium, nisi culpa vel voluntas præcedat. vt patet in. d. Clem. vnica. de homic. vel alias se quatur scandalū. c. hi qui arborem. 50. dist. c. ex literis. in. 1. de homic. c. tua nos. de cleri. agrotan. sed in nostro casu ni hil horū interuenit, ex parte ratū habentis, ergo nō efficiatur irregularis ex ratihabitione, quāvis male faciat appro bando homicidiū, & faciat cōtra præceptū dilectionis: di Matth. 5. liges proximū tuū. vt probatur Matth. 5. & illud Ecclesia stic. cap. 9. Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quo niā vsq; ad inferos nō placebit impius, & ibidem ca. 8. No Eccles. 8. li de inimico tuo mortuo gaudere: sciens quoniā omnes morie-

moriemur, & in gaudiū volumus venire, & iterū ibi. 38. in mortuum produc lachrymas, & quasi dira incipe plorare Eccle. 38. &c. Et secundū ista intelligo tex. in Clem. si quis suadente. de pœn. in quantum ligat illum qui facta ab alijs ratum ha buerit, vt habeat locum si eius contemplatione fuerint fa cta ex causa præordinata, & sic occasio proxima delicti, nō alias, prout in irregularitate dixi. ¶ Hoc tenet Guiliel. Duran. in suo Specul. titul. de dispensatio. §. iuxta propositio nis ordinem. nu. 51. & clericus habens ratum homicidij, eo ignorante tamen suo nomine cōmissum nō sit irregula ris. quem refert & sequitur Nicol. Ploui. in tract. de irregu larita. regul. 26. nu. 16. Felin. in. c. sicut dignū. col. 4. nu. 11. de homic. & Hippol. Marfil. in singul. 184. & Albert. Tro cijs in tract. de perfect. cleric. lib. 2. ca. 22. si qui tamen te nent contrariū intelligo quando talis ratum habens fuisse occasio seu causa proxima illius homicidij cōmissi. vt est glo. singu. in. c. exhibita. de homic. quam ita dicit Ioan. ab Anani. in. c. præterea. col. 4. nu. 5. de cleri. perc. & in. c. peti tio. col. 2. de homic. Bene confirmatur ex dicto Ioan. Andrej in. c. Petrus. quem ibi sequitur Ioan. ab Anani. col. 2. nu. 4. de homic. quem vide, quod dictum modificabis, vt per Angel. de Clauas. in sum. verb. homicidiū. 2. vers. quid de cleric. sed si non fui causa præordinata ad homicidiū commissum nomine meo saltem proxima, ex ratihabitio ne sola crederem me nec alium ratum habentem homici dium effici irregularem. per supradicta.

Et ex his infertur ad quæstionem, pone quod ego ha 31. bebam in domo virsum, vel leonem, ille occidit ali quém, ego num incurro irregularitatē? Innoc. dicit quod non, in cap. ad audienciam. de homicid. Quia illa causa est remota, quæ non debet attendi, vt prædictū est: tamen dicit contrariū, si est aliiquid quod ei imputetur, & hoc ultimū videtur esse verius, si nō tenebam illa animalia ligata, vt dicit

vt dicit gloss. in. l. secunda. ff. si quadrupes paupe. fecisse di-
ca. ita tenet Francisc. in dict. cap. ad audientiam.

A D D I T I O.

IDE M tenet Ioan. ab Anania in. c. dilectus. col. 2. nu.
5. de homicid. & in dict. c. ad audientiam. eod. titul. col. 5.
nume. 18. vbi dicit hoc communiter teneri, cum declara-
tione subiecta ab authore supra, scilicet, si animalia erant
bene ligata, secus si soluta, quia tunc ei imputaretur. facit. l.
item mela. §. 1. versfitem & cum eo. ff. ad. l. Aquil. & opti-

Lex par-
tita.
& istam tenet etiam Guilielm. Duran. in Speculo titul. de
dispensa. §. iuxta propositionis. versic. quid si aliquis tenet
vrsus. num. 46. & Sylvest. in sum. verb. homicidium. el. 1.
quæst. 24. & adde Gabriel Biel in. 4. senten. distin. 15. quæ

Exod. 21.
stione 15. artic. 3. dubi. 3. Et illud Exod. 21. Si bos cor nupe-
ta ab heri & nudius stertius, & contestati sunt Dominum
eius, nec reclusit eum, occideritque virum aut mulierem,
& bos lapidibus obruetur, & Dominum illius occident,
& sic tenetur de homicidio, nulla alia causa, nisi quia fuit
in culpa præordinata ad homicidium sequutum.

32 **E**X his infertur, quod accusator crimi-
nalis causæ, sequuta morte, vel membris mutilatione
erit irregularis, quia dat causam homicidio. Item iudex,
item aduocatus, item testis. ita not. Innocent. in dict. c. ad
audientiam. quia omnes isti præstabunt causam morti.

A D D I T I O.

AD HOC adde optimam glo. in. c. aliquantos. 51. di-
stin. & Nicol. Ploui. de irregulari. regul. 7. nu. 5. & per Ioā.
de Anani. in cap. ad audientiam. nu. 16. & nume. 17. de ho-
mucid. & Archiepiscop. Floren. 3. part. titul. 28. capit. 2. §. 1.
vbi dicit, quod Aduocatus ex parte rei efficitur irregu-
laris: quia agendo pro reo, agit contra actorem, vt actor
oblige.

obligetur ad poenam talionis, vnde si sequitur effectus, est
irregularis, quantumcunque iuste aduocet, indispen-
sabilis que sit, nisi dispensetur à Papa.

Sed de aduocato quæro, an indistincte
exercens aduocationis officium in causa criminali in-
currat irregularitatem? Et in hoc est distinguendum, quia
aut est aduocatus accusatoris: & tunc subdistingue, quia
aut est clericus in sacris constitutus: & tunc incurrit irregu-
laritatem, quia immiscet officio ei interdicto. vt in. c. 1. de
postu. vbi ei prohibetur, ergo quod inde sequitur etiam si
ne culpa sua imputatur ei, pro hoc est optimus tex. in arg.
in. c. tua. in prin. de homic. Aut est in minoribus consti-
tutus, aut merè laicus, & tunc defensio illa est ei permissa.
vt traditur in. d. c. 1. & sic sequuta morte non incurreret ir-
regularitatem. ita notat Abb. in. c. sententiam sanguinis. ne
cleri. vel monach. ¶ Et si dicas contrarium quia ex hoc se-
quitur mors accusatoris, qui debet puniri poena talionis, di-
cendum quod ad hoc non debet haberi respectus, absit
enim vt ea quæ propter bonum facimus nobis putentur.

A D D I T I O.

V T per Gabrielem Biel. in. 4. sententiarum distin. 15.
quæst. 15. articul. 3. dubio secundo.

EThoc limita si iste in nulla culpa fuit
in morte, forte quia defendit licitæ causam, adeo qd
non est ei quid imputetur, alias autem si propter imperi-
tiam, vel incuriam omisit licitæ defensio nem irregularita-
tem incurrit, vt notat Abb. in. c. 1. nu. 5. de postu. Et ideo
utile consilium est, qd quisque clericus à talibus abstineat,
vel volens fieri. ¶ Sed iuxta hoc quæro, pone quod aliquis 33
cooperatus fuit in homicidio ipsis occisoribus, an iste in-
currat irregularitatem? Ad hoc dicendum, quod si iste ve-
nerit,

110 Gondisal.de Villadiego Hisp.

nerit vt occisoribus opem ferret si ab alijs impedirentur; irregularitatem incurrit, vt in. c.sicut dignum. §. illi etiam de homicidijs.

A D D I T I O.

A D D E Angel. à Clauasio in summa verb. homicidium. in. i. num. 16. versi. defensione committitur. & Syluest. verb. homicidium. versi. vndeclimo quæritur. omnino vide in hac materia Angel. Areti. in tracta. de maleficijs. in parte. Dictus Andræas.

I Dem si cum posset à morte liberare illum inuasum, hoc non faceret, vt in dict. §. illi etiam.

A D D I T I O.

Interficiens alium ad defensionem proximi non peccat, licet efficiatur irregularis glo in prin. 23. q. 8. & Panor. in. c. præsentium. col. 2. de cleri. percussor. lafo. in. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. col. 6. nu. 29. & ibi optimè Deci. nu. 32. & in. c. i. nu. 8. de offic. delega. & in. l. culpa caret. nu. 10. ff. de reg. iur. est tex. in. c. dilecto. §. fina. de sent. excom. libr. 6. & Floren. 3. parte titu. 4. c. 3. §. 1. & Syluest. verb. bellum. 2. q. 6. & Ias. consil. 86. nu. 2. libr. 3. ¶ Vtrum quilibet teneatur alium ab iniusta morre liberare si potest. Adde Tho. 2. 2. quæst. 40. artic. 1. & Syluest. verb. homicidium. in. i. q. 6. & addit. quæ optimè dicit Angel. in sum. verb. homicidium. i. nu. 18. versi. vtrum cum quis, & quod teneatur quis proximum vel vicinum defendere si potest, facit illud Dauidis in Psal. 81. Eripere pauperem, & egenum de manu peccatoris liberatè, & illud Salomo. Proverb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare necesses. bonus text. in. c. non inferenda. & in. c. qui potest. 23. q. 3. & in. c. prouidendum. 83. dist. & not. Panor. in. c. i. col. fin. de resti. spol. quæ conclusio videtur habere locum tam in foro conscientiæ, quam in foro contentioso

cano-

Tractat. de Irregularitate. 111

canonico, & etiam ciuili, vt probat Deci. in locis de quibus supra. quem vide, facit text. in argu. à fortiori. in. l. de uorum. C. de metatis. libr. 12. adde Boer. Decisio. 83. nu. 6. omnino Felin. in. c. quæ te. col. 2. nu. 4. de senten. excom. Adrian. in. 4. senten. de fraterna correctione. fol. 169. §. se- cunda propositio. & Ioan. de Media. libr. de restitutione. fol. 81. col. 4. melius habetur in vol. quodlibetorū Adria. Papæ fol. 305. quæst. 3. quodlibetica.

I Tem præstætes auxilium in farcinis cu- stodiendis, vt in dicto capit. sicut dignum. §. hi quoque. de homicid. Illi etiam qui fuerunt armati supposito quod illi non occiderint, sequuto homicidio, sunt irregulares, vt dict. capit. sicut dictum. §. fina. ¶ Sed hoc limita si bellum est iniustum, si tamen est iustum, puta, pro defensio- ne fidei, vel patriæ inter expectantes, vel etiam percu- tientes. Dum modo ipsi non interficerint, non incurrit irregularitatem si sint clerici, vt probat text. in capit. peti- tio. de homicidijs. ¶ Idem si intersint, vt defendant alios priuatos quoscumque qui inuaduntur: dum modo illi in maxima necessitate essent positi. Si tamen tanta neces- sitas non esset clericus peccaret, extrahendo arma, vt alium defenderet sequuto homicidio, dum modo ipse non oc- cidisset non incurrit irregularitatem, pro quo text. & ibi te- net Abb. nume. 2. in cap. præsentium. de cleric. percussor. ¶ Quæro pone, quod aliquis non occidit, sed accelerat 34 mortem, vt si quis fuit sagitta percussus, & alias præueniens mortem extrahit sagittam, propter quod ille citius moritur, an ille erit irregularis? Specula. in titul. de dispen- sationi. §. iuxta propositionis ordinem. versi. si autem ali- quis. numer. 12. vbi concludit prædictum extrahentem esse irregularem. Idem sequitur Abbas in cap. sententiam. ne cleric. vel monach.

IDEM

A D D I T I O.

I D E M tener Nicol.Ploui.in tracta, de irregularitate.

2. Regum num.6.regul.9.text.optimus.2.Regum.c. primo.
capit. 1.

Idem dicendum de transmutante in le-
tto ipsum infirmū ad aliud, vt citius moriatur, ille enim
cum præueniat mortem irregularis est, prædicta proce-
dunt, quando constat, q̄ de vulnere quis percussus est.

A D D I T I O.

A D idem Adde Guilielm.Duran.in Specul.titu.de di-
spensionibus.§.iuxta.versi.similiter.nu.13.& Nicol.Plo-
ui.in tracta. de irregularitate.num.20.regul.16. & Sylue-
strum in summa verb.homicidium.2.versi.Decimoquin-
to quid de custodibus.vbi vide.

Sed pone, quòd post longum tempus
percussus obiit, ita quòd potest de hoc probabiliter
dubitari? dicendum, quòd si nunquam conualuit, præsum-
itur ex primo vulnere decessisse. Si vero conualuit; &
post modum reciduauit:& tunc si post octo menses, non
præsumitur ex vulnere decessisse, vt in.c. 2. de cleric. per-
cuso. Secus tamen si ante prædictum tempus: hoc tamen
relinquendum est arbitrio iudicis, hoc determinat Abb.
in dict.c.2.in.1.notabi.nu.1.& in num.3. Et hoc tutius cre-
do. ¶ Quam id quod notat Salyce.in.l.vnica.C.de emen-
dat.seruo. vbi tenuit indistinctè, q̄ si percussus obiit post
octo menses, non præsumitur in dubio ex priore vulnere
decessisse, siue conualuerit, siue non per dict.cap.2.de cle-
ric.percuss. Et hoc verius videtur de iure.

A D D I T I O.

A D D E Ioan.de Anani.in.c.presbyterum. col. 2. nu.
5.& col.3.nu.13.de homic.vbi optimè per Felin.col. 1. cū
sequen.idem etiam tradit latè ipse Ioan.de Anani.in.c.pre-
terea.

terea.nu.2.de cleri.percussor.& Ioan.Petrus de Ferrari. in
sua practica in forma inquisitionis.verb.ex quibus percus-
sionibus.fol.248.col.4.latius per Hippol.in.l.si in rixa.col.
pen.nu.54.ff.ad.l.Cornel.de Sica.& in consil.7.versi. mo-
do istis præsuppositis.nu.26. & in practica causa crimin.§.
& quia. versic. modo vltierius quæro de notabili & quoti-
diana quæstione.num.16.

Sed contrarium est, si Titius percussit ³⁶
inanimatum, vt quia dedit alicui herbam ne concipe-
ret, vel in sculo ne generaret, ille non est irregularis. c. si
aliquis.vbi Abbas.nu.3.de homic.Idem si fuit causa vt mu-
lier faceret abortum:dum modo partus, non esset viuifica-
tus, vt in cap.sicut.de homicid.

A D D I T I O.

A D D E Angel.& Syluest.in suis summis verb. abor-
sum.& per eund.Syluest.verb.homicidium.1.in princip.
optimè per Angel.Areti. & ibi August.in additionibus in
tract.de malefi.verb.& ex interuallo.nu.10.fol.194. col.1.
Hippol.in.l.si mulierem.col.2.nu.4.ff.ad.l. Cornel. de Si-
car.Bonus casus in.l.si quis aliquid.§. qui abortionis. ff. de
pœn.& in.c.Moyses.32.quæst.2.c.consulisti. & ibi gl. in
c.consulisti.2.quæst.4.& de iure regni est.l.6.titu.8.par-
ti.7.& de iure diuino poena istorum, qui sunt causa abor-
tionis habetur Exod. 21. vbi habes abortum causans, vel Exod. 21.
sterilitatis venena tribuens qua pœna sit puniēdus de om-
ni iure, vt supra deductū est. Et omnino supradictis est ad
dendus Ludou. à Sardis in tracta. de naturalibus liber. ac
succesio.eorum.in.1.parte.§.postquam concubina.nu.2.
in.5.volū.tractatuum.charta 113.col.4.cum seq.& Nicol.
Ploui.de irregularit.regul.36.num.21.Philip. Deci. consi-
536.iacip.requisitus à magnifico.& Ioan.ab Anani.in. c. si
cut.col.2.nu.7.de homic. ¶ Sciendum est, quòd formatur
H maſcu-

masculus, spatio quadraginta dierum vel circa, & foemina spatio octoginta, & si dubitetur utrum præmissis secutus sit abortus, vel ex alia causa vel utrum esset fœtus formatus, vel non, si dubitatio est temeraria deponatur, si probabilis à promotione & ministerio cessandū est ne quis se periculō cōmittat. secundū Sylue.in.d.verb.homicidiū.. in prin.

37 **S**i vero quis commisit homicidium causa, aut dabant operam rei licet, aut illicite. Si licet, aut adhibuit diligentiam modo prædicto, & tunc non incurrit irregularitatem. ut in.c.significasti. i. & c.dilectus. & c. Ioannes.de homicid. ¶ Vnum tamen est quod si scandalum est, hoc casu deberet abstinere à celebratione, quia nihil agendum est cum scandalo, ut in.c.ex literis. i. de homici. ubi est text.notabil. de hoc. Idem dicit ille text. si infamia subesset. ¶ Vnum tamen est quod in prædictis duobus causibus est indicenda certa purgatio: quæ si faciat cessare scandalum, poterit iste celebrare, alias non. ita notat Ioan. Andr. quem sequitur Abb.in dict.c.ex literis. ¶ Aut non adhibuit diligentiam, quam debuit & tunc incurrit irregularitatem. cap. ex literis. & in.c.significasti. de homici. ¶ Si enim aliquid proiecibat & erat locus quo vulgo iter fieri solebat debuit proclaimare. Sed iuxta hoc dicit, quod aut ipse dicit tarde: aut quia iam aliquis erat percussus, vel fugere non poterat, vel dixit voce submissa, ita quod ille audire non posset, & tunc non sufficit dicere. Caeue. Aut ipse proclamat ita ut ille audiat, & non tarde: & tunc sibi non imputatur. Nisi forte ille audire, vel intelligere non posset, ut surdus, infans, vel furiosus, debuit enim diligentior esse ut eum præmoneret, taliter ut intelligeret. ita tenet Dominic.in c.si duo. §. dist. alias si aliquis occidatur irregularis est. ut in.8.item si putator. Instit.ad.l.Aquil. ¶ Quod limito nisi aliquod signum patens esset appositum, quod denotaret

opus

opus fieri, ut restis illa quæ ad tegulas cum fabricatur teatum solet apponi. Illa enim videtur transeuntes præmonere. ita tenet Ioan. Faber ibi. Si vero dabat operam rei illicitæ, tunc quicquid inde sequitur, debet sibi imputari, & si præter intentum suum. ut in.c.dilectus. & in.c. continebatur. de homic. etiam cōtra suam prohibitionē, quia debuit cogitare id euene posse. ut.c. is qui. de homici. lib.6.

A D D I T I O.

ADD E Angel. à Clauasio in sum. verb.homicidiū. 2. quæst. 1. cum multis sequentibus. & Syluest. eod.verb. in prin. text. & ibi Montalu.in.l.6.titu. 15. part. 7. & l.9. titul. 17. libr. 4. fori Hispani. & l.3. titu. 4. lib. 8. foro iuzgo.ca. hi qui arborem. & cap. sèpè contingit. 50. distinctio. & occidens sine dolo utrum puniatur poena capitis ponit optimus consultus Barthol. à Cassan. in consuetudi. Burgund. rub. 1. fol. 13. col. 4. versi. Amplia si sit liber. & latè posui in meis Additionibus ad opera Seguræ in tract. de bonis lucra. const. matrimo.nu. 173. charta 233. col. 1.

*L e g e s
g m.*

Dicitur autem operam dare rei illici- 38
tæ, qui immisceret se officio, quod ad eum non expe-
ctat. Imo est ei prohibitum, ut si clericus alicui medicina-
le impendat officium, vel chyrurgiam: homicidiū quod æger incurrit etiam sine culpa ei imputabitur, ut est text.
in.c.tua. & ibi tenet Inno.de homi. ¶ In alio tamē medico
cui non est prohibitum illud officium, tunc homicidium
sequutum, ei non imputabitur: dummodo sit peritus in
arte. Item non curet infirmo suo capite, sed secundum tra-
ditiones artis. Item adhibeat diligentia quam debet, ut est
tex.in.c.ad aures. de æra. & quali. Idē dicit de chyrurgico!

A D D I T I O.

ADD E Guilliel. in suo Specul. titu. de dispensatio. §.
iuxta.num. 11. & Diuum Antoni. archiep. Florenti. 3. part.

H 2 titu. 28

titu.28.c.2.¶.4.col.2.Abb.in.c.tua nos.de homic. vbi amplissimè per Ioan.ab Anani.col.3.nu.11. & per fratrem minoritati in Specul.conscientia lib.3.c. 15. ¶.13. vbi diffuse qñ medicus, chyrurgicus vel Phyficus efficiantur irregularis, si ex incuria veleorum negligentia, vel etiam in casu quo sint clerici tales, licet adhibeant procurando infirmo omnimodam diligentiam, in casu quo infirmus mortuus sit. & per Angel.& Syluest. in suis summis verb.homicidium.el.2.Primus.nu.18.versi. quid de medico. Secundus vero.in quæst.12.& quæst.13.& Nicol.Ploui. de irregulatitate.in regul.8.&.9.

39 **I**Tem de feruentibus infirmis debet cauere, vt non indulgeant eorum appetitui, sed sequantur mandatum medici. ita not.Abb.& Docto.in.c.tua. de homici. alias si sequatur mors sunt irregulares.

A D D I T I O .

ADD E Angel.Clausum verb.homicidiū. in.2. verific. quid de custodientibus. & Syluest. eodem verb. quæstione 15. vbi vide.

40 **I**Dem dico si officium non fuisset sibi interdictum, non tamen expectaret ad eum, sed ad alium, vt si sacrista existente in ecclesia, alias pulsaret campanā: tunc homicidium casu contingens, sine culpa sua, sibi imputabitur, vt notat Abb.in.c.Ioannes.de homicid. quia immiscuit se officio ad se non pertinenti.

A D D I T I O .

IDEM notat Syluest.verb.homicidium.in.2.verific. Decimo quid de sacerdote.

41 **I**Dem dico si quis agat rem vtilem, non tamen necessariam, ille enim dicitur dare operam rei illicitæ,

illicitæ, adeo quod homicidium qualitercunque sequutum ei imputabitur, ita determinatur in.c. ex literis. 2. de homic. ¶ Item si faciat rem sibi prohibitam, vt si clericus in ludo se cum laico immisceat, vt est gloss. & tenet Abb. in.c.continebatur.de homicid. ¶ Aduerte tamen circa id 42 quod dictum est supra, quod dans operam rei illicitæ, si nō adhibuit diligentiam quam debuit, incurrit irregularitatem. Debet enim hoc intelligi, quando ille homicida fuit in lata culpa, vel leui. Secus autem si fuit in leuissima, illa enim non sufficit ad irregularitatem contrahendam, vt est singula.text.in.c.quæsitum. & ibi tenet Abb. de pœnitent. & remissioni.

A D D I T I O .

NOTA bene istam theoreticam, quod propter leuissimam culpam homicidij non efficitur quis irregularis, quā intellige, vt per Syluest.verb.homicidiū.2.in princ.reg.4. & in quæst. 23. etiam si præcessit culpa leuissima aliud agendo dum modo licitum, quia ex ea non esset quis irregularis, & est de mente Angel.verb.irregularitas.versi. sed quid si fuit in leuissima. quod est notandum quia contrarium voluit glo.in.c.significasti.de homic. Et adde Caeta.in sum.verb.homicidium.& in.2.2.quæst.64.artic.7.ad secundum. ¶ Aduertendum tamen est quæ dicitur, culpa lata, leuis, & leuissima. Lata enim culpa, est deuiaatio incircuspecta ab ea diligentia, quam communiter habent homines, leuis autem culpa, est deuiaatio incircuspecta ab ea diligentia, quam communiter habent homines diligentes illius professionis, leuissima vero culpa, est deuiaatio incircuspecta à diligentia, quam communiter habent homines diligentissimi, vt in.l.quod nerua. & ibi Bart. ff.deposi. & Gabriel Biel in.4.sententiarum distin.15.quæst.10.art.3.dub.9.& declarat Syluest.vbi videanturunculi.verb.culpa.quæst.1.remisiuē per Alphonsum Montal. in.l.tertia.

H 3 inglo.

*Less opti-
ma parti-
ta.*

in gloss.sina.titu. i 5.libr.3.fori Hispani.& bonus text.de i
re partitarum.Partita 7.titul.33.in.l. 11.incip. Dolus en la
tin. Et paſsim hæc materia adnotatur, ideo quo ad noſtrū
propositum, in ea hæc annotasse nobis ſufficiat.

Sed ego limito dupliciter, Primo vt procedat quando ſtamus in meris finibus negligentiæ, ſi actu vel habitu perpetratur tale homicidium, ita teneat Innocen. quem ſequitur Ioa[n]d[us]. And[reas]. in diſt.c. quæſitum. ¶ Secundo limitarem, niſi ille negligens daret operæ rei illiciæ, nam tunc culpa leuiſima indistinctè imputaretur ei ad irregularitatem, pro quo facit text.notabi. in.c. ſæpè. & ibi Henric. 50. diſtinct. & dicit operæ neceſſario &c. ¶ Quod etiam conſirmatur. Nam danti operam rei illiciæ imputatur quicquid inde ſequitur, etiam præter ſuum intentum, vt prædictum eſt. ¶ Et ex prædictis inferatur ad quæſitionem, clericus illiciæ exercebat rixam cum alio, amicis vel consanguineis interuenientibus aliis fuit occiſus, nunquid iſte ſit irregularis? Et in hoc dicendum eſt, quod ſic, ad hoc facit text.in.c.Petrus.de homic. Nam excufatur ibi clericus ille cuius consanguinei ſuum iniuium cum occiderunt: quia ille non dedit cauſam, nec occaſionem illi inimicitiæ. A contrario ergo ſenſu, ſecus eſſet dicendum, niſi ille dediſſet cauſam vel occaſionem, & etiā ex eo, caſu quo clericus non dedit cauſam rixæ, vel inimicitiæ, ad hoc vt homicidium factum per consanguineos, & amicos ſibi nō imputetur, oportet q[uod] ſi ille ſciebat illud homicidium tractari contra ſuum aduersarium illud prohibeat, vt in diſt.c.Petrus. Et prædicta diſtinctio procedit vbi amici vel cōſanguinei clerici interfeciſſent inimicum illius. ſecus ſi ſuperueniſſent inimici illius cum quo clericus diſcretabat, quia tunc homicidium per alium commiſſum non imputaretur clericō. ita notat Abb. in diſt.c.Petrus.

trus. & Doſtor.in.c. ſignificasti. 2.de honici. Sed ſalua de bita correſtione mihi videtur contrarium, nam cum ille dederit cauſam huic rixæ, censetur dediſſe cauſam cuicunque homicidio, quod fuerit inde ſequutum, ſiue commiſſum, cū ergo dedit cauſam imputandū eſt ſibi irregularitatem, ad quod ego allego optimum tex.in.l. quoniā mul ta facinora. C.ad legem Iuli.de vi publi.vel priua.

A D D I T I O .

Priorem opinionē quod nō ſit irregularis ſi inimici illius cū quo clericus rixam faciebat, ſuperueniſſent & occi diſſent, quāuis rixa fuifſet illicita, quia nō intuitu clericī eū occiderūt, ſed propter inimicitiā quā habebāt cōtra eū, ſequitur Ang. in ſum.verb.homicidiū.2. q.2. Tñ cū opinione noſtri Authoris aſſentire videtur Syluest.eodem verb.verſi. primo vero queritur. & eſt ſatis probabiliſ & ſequen da meo iudicio, vt ex diſtis in hoc capite colligitur.

Vlterius quæro. Pone quod clericus

patitur fortum, rapinam, vel iniuriā, accuſat malefactorem illum corā iudice ſeculari, ille iuſtitia exigen te mandato iudicis occiditur, vel muſilitur, an iſte erit irregularis? dicendum quod non dummodo iſte protestetur, quod in ſua accuſatione, vel querela non intendit ad vindictā ſanguinis. text. eſt in.c.2.de homic.lib.6. ¶ Illam tamen protestationem, ſicut exprimitore: ita debet gerere corde, alias ſequuto homicidio irregularis eſſet, ita notat Ioa[n]d[us]. And[reas]. in nouella, quem ſequitur Domi. quod procedit etiam ſi detintersignia latronis. vt in.c.tua. §.fin.de homic. qui eſt text.notandus: responsio eſt quia ex iſpis non comminatur fur ad hoc vt debeat condemnari.

A D D I T I O .
Intellige vt per Angel. & Syluest.verb.homicidium.2. primus quæſt. 6.alter vero quæſtione.3.

QVID tñ si ille cuius bona sunt derobata clamat, latrones, latrones, capite, vel aliud huiusmodi, an sequo poltea homicidio in persona latronis, illud debeat sibi imputari vt irregularis efficiatur? dicendū est quòd sic, nā ex negligentia committitur homicidium. vt in c. quæstum. de pœnitent. & remissio. Quod intellige si iste credebat, quomodo inde sequi posset homicidium, ita not. Hostien. & Francisc. in dict. c. significasti. 2. & ibi Abb. nisi timeret iste, quòd latrones eum occidere volebant ita not. Spec. titul. de legat. §. dispensatio.

A D D I T I O.

A D idem adde Angel. Clauasi. in summa in verb. homicidium. 2. quæst. 4. & Syluestrum eodem verb. versi. de cimo septimo quid de eo.

45 **S**ed pone, quatuor erant in domo, alius proiecit lapidem nescitur quis, an omnes reputabuntur irregulares, vel quis eorum? Bartholomæus Brixii. in quæstionibus suis tenuit tutius esse omnes abstinere per dict. c. significasti. 2. Sed Hostiens. & Ioan. Andræ. tenent, quòd nemo est repellendus, ex quo nescitur, nec constat, quòd aliquis deliquerat, licet dubitetur an occiderit, ita tenent ipsi in dict. cap. significasti. quem sequitur ibi Antoni. Quod procedit etiam quo ad pœnam criminalem infligendam. ita tenet Floria. in l. item mela. §. sed si plures. ff. ad legem Aquil. Quo ad pœnam tamen pecuniariam, quæ pro delicto imponitur si necessarium erat vnum ex his delinquisse. ¶ Ut si statuto ponitur certa pœna deferenti gladium, & quatuor sedentibus in vaco ad pedes eorum reperitur gladius, tunc enim quilibet eorum insolidum conuenitur, sed vno soluenti cæteri liberantur secundum eum in dict. lege. ¶ Sed iuxta quæstionem principalem de lapide proiecto de domo, mihi videtur quòd de iure nostri

nostri regni, si non constaret quis occidit, dominus dominus quantum ad pœnam tenerur de homicidio, & est quædam. l. 3. fori. libr. 4. titul. 17. *De los homexillos*, quæ incipit. *Todo home*. quæ disponit, quòd si in domo alicuius reperitur homo mortuus, & nescitur quis occiderit, quòd dominus dominus tenebitur de homicidio. Ita dicimus si de domo alicuius fuit aliquis occisus, & nescitur à quo, nā effectus productus ex aliqua causa ei attribuitur, vt est optimus text in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & hoc est menti valde tenendū.

A D D I T I O.

A D declarationem prædictæ legis fori est addenda. lex 102. incipien. *En el titulo de los homexillos*. in libr. Styli. Lex styl. ¶ Et ad id quod noster Author supra annotauit, quòd ratione incertitudinis omnes liberentur à pœna criminali. argum. text. in l. absentem. ff. de pœn. ibi dum inquit, Sanctius enim esse impunitum relinqu facinus nocentis, quæ innocentem damnare, & de hoc habes gloss. ordina. & singuli. apud omnes in l. item mela. §. sed si plures. verb. percusserint. ff. ad legem Aquil. Philip. Deci. vbi in eius confirmationem plura refert. in l. fauorabiliores. num. 6. de regu. iur. ff. & Hippoly. de Marsili. in repeti. rubri. C. de probat. num. 418. charta 20. col. 3. versic. redeundo, per eundem in consi. 24. nu. 8. & in consi. 43. num. 43. libr. 1. & in consil. 110. col. 4. nu. 21. libr. 1. & in singula. 217. incipi. ter vel quater. Et vbique suo more plura allegat & optimè. & est bona. l. 57. in lib. Styli incipien. *Otroſ es a saber*. vbi intelligit istam theoricam in casu prædicto, quòd liberantur ratione dubij omnes à pœna ordinaria delicti, non tamien à pœna extraordinaria: & sic videtur dicendum q̄ nullus in quæstione pposita debeat irregularis iudicari, ad idem est glo. in c. quiesca mus. 42. dist. in glo. fin. & glo. in c. nolite. 11. q. 3. in verb. triticū. de qua tñ quæstione optimè vi-

H 5 deatis

Lex styl.

122 Gondisal.de Villadiego Hisp.

deatis per Hosti.in sum.de homic. §.qua poena.vers. quid ergo si quis in rixa Barth.Brixien.in.q: i §.incip.quinq; ho mimes.in quæstionibus venerialibus.Guiliel.in Specul.titu.de dispensa. §.iuxta.nu.52.& per Ioan.Ananii.in.c.significasti.2.nu.23.de homic.vbi Panor.col.2.nu.4.& Angel. à Clauasi.verb.irregularitas.q.11.Paul.Grilland.in tracta. de relaxatione in carceratorū rubri. de absolutione innocentis.q.6.¶ Vbi omnes prædicti concludunt, q; in dubio percussor censembitur irregularis potiusquā innocens, quo ad hoc vt se abstineat à diuinis, licet clarè perpendi non posse, an iustum clerici vel alterius vulneratus perierit? per tex.in.c.significasti.de homic.& ibi Docto.Ratio est, quia hoc sit fatoe animæ & nullum corporis detrimentū interfert abstinendo, sed se immiscendo posset esse periculū, vt ibi dicitur, ad idem est casus in.c. si quatuor.23. q.8. vbi etiā inquit glo. q; de iure canonico sufficit q; sumperferit armalicet alius occiderit, quo ad legem promotionis. ¶ Idē ex prædictis collige si plures simul iactarent lapides in bello, seu rixa iniusta, & ab uno quis fuisset occisus, & nescitur à quo, vt puta ex causa laudi nō adhibita diligentia, nō tñ est dubiū eo casu quo fuerunt cooperatores animo delinquendi cōtra sanguinem proximi, cum fuerūt causa homicidiij proxima. Et idem dicere in quæstione nostra, eo casu quo accessissent omnes, scilicet quatuor vel quinque ad domū alterius animo depravato cōtra proximū, & alter eoru eum ex iactu lapidis interficeret, nā omnes fuerunt cooperatores, auxilio consilio & cooperatione prout multoties cōtingit, vt est casus in dict.c.significasti.de homic.ad idē tex.cū sua gl.in.c.de carero.eod.tit.facit etiā causin.c.fin.de hom.lib.6.& sic isto casu saltē cooperatiōe, cōsilio vel auxilio fuit cōmissum homicidiū, ideo oēs homicidas iudicarē, quo ad legē promotionis. ¶ De quæstione netū supradicta & in casu præmissorū docto.videtur dubi

tandū

Tractat.de Irregularitate. 123

tandū eo casu quo cōtingit homicidiū, ex iactu lapidis ab uno de tribus, nō ex dolo, nec ex cooperatione præordinata ad illū, tum istius projcentis quā alliorū, sed ex negligētia projcentis, in foro canonico cōstat de homicidio. Cōstatq; ab uno tantū fuisse cōmissum, quia ex vnicovulnere decepsit, & est probatū cōtra illos quatuor tempore quo cōmissum fuit homicidiū fuisse in illa domo, & ab illis processisse iactu lapidis, ex quo mortuus est homo, nesciētū à quo, in quo casu mihi videtur dicendū, q; aut tractatur in foro exteriori quo ad pugnitionē, & rōne dubij est dicendū cū prædictis in capite huius quæstionis, q; cū cōstet de delicto, & nesciatur à quo sit cōmissum, q; oēs libera būtūr à poena ordinaria, aut nō quo ad poenā corporalē seu ordinariā agitur, sed ad hoc vt nō celebrēt tanquā irregulares: & oēs in dubio iudex repelleret, quia quāuis certū sit in rerū natura, q; vnum solus cōmisit homicidiū, non tñ ei cōstat à quo, quia si rōne dubij admitteret oēs salua cōsciētia id fieri nō posset, quia tūc absq; dubio admitteret verū homicidiam vna cū alijs suis socijs, ideo in dubio rōne prædicta in versi.de quæstione tñ supradicta &c. oēs repelleret, quia in his quæ dubia sunt, q; tutius & sanctius est sequi debemus, vt ne aglossi.in.c.vna ca. de scripsi. & in Clem. exiui. §.item quia.& ibi Card. de verb. signi. & Thōm. Ferr. ih. cautelis suis ultra Coepol.cautel.16.nu.4. ¶ Aut agitur quo ad confessariūbvi credit afferenti suū factū, & homicidā repelleret, iuris fuerit, aliosq; admittet: quos irregulares putatiuos iudicamus. ¶ Circa quā irregularitatē putatiua quilibet sacerdos, ex menti nostri Pauli Tereti in sua Bulla declarata dispensavit. Nam in hac irregularitate dubia, idest, putatiua explicabuntur verba illa, dum ipse Pontifex supremus inquit. Item que el facer dote les pueda absolver de qualquier irregularidad mental &c. Nā quatenus dicit (mental) de necessario deber expón de puratiua, quia de iure non potest

46

poteſt declarari de ea irregularitate, quæ ſolum in animo committitur, cum talis irregularitas non ſit in iure, vt à nobis iam in ſuperioribus expoſitum eſt. ¶ Idemque dicendum eſt in pluribus percusſoribus ex quo vulneratus probatur ex vniico vulnere deceſſiſſe mortalē, & non ex percuſionibus alijs, nam cum ab ipſis ignoretur, quia erant in rixa: abſoluſi poterunt, vt ſupra dictum eſt, à tali irregularitate putativa: quia verē conſtat ab uno tantum occiſum hominem, à quo tamen ignoratur omnino, quod eſt ſingulare & mentitenendum, ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

- 47 **V**lterius pone, q̄ plures percuſſerunt aliquem, vniuſcuiusque vulnus non ſufficit ad mortem, ſed omnia vulnera ſimul inſicta ſufficiunt, an omnes erunt homicidē? Innoc. in.d.c. ſignificasti. tenet q̄ quilibet tenetur de occiſo. facit. 23.q.8.c.fin. idem tenet Bart. in l.fina. ſſ.ad.l.Cornel.de ſicarijs. & Abb.in.d.c. ſignificasti.
- 48 ¶ Sed quāro, an clericus præſentiam ſuam adhibens cum aliquis occiditur, vel mutilatur ſi irregularis, vel peccat? dicendum q̄ ille grauiter peccat, quia cōtra iuris prohibitiō nem eſt illud facere quod attentat. vt in.c. ſententiā. ne cleric. vel monach. ¶ Ille tñ qui temporalem iurifictionem habet in loco, ſi aſſiſtat cū ex præcepto iuſtiſi & ſuſpendūt, vel alia morte huiuſmodi patitur quis, irregularitatē incurrit, pro quo eſt text. in.c. ex literis. de excessib. prælat. & ibi tenet Abb. Ratio eſt, quia adhibendo præſentiā, videtur au thoritatē præſtare. ¶ Facit ad hoc id q̄ notat Abb. in.c. tan ta. de excessib. præla. in fin. vbi tenet q̄ ſi episcopus tempore interdicti audiāt diuina, videtur authoritatē præſtare: ita tanquam authorizans incurrit irregularitatē. Ex quibus poſteſt haberī optima limitatio ad ea quæ not. Abb. in c. dilēctus. de arbit. in illa quæſtione, an præſentiam ſuam adhibens in aſtu videatur authoritatē præſtare.

ADDE

A D D I T I O.

A D D E Bald. in.c. imperialis. nu.4. de prohibi. feud. alienatio. per Lothari. cum multis concordan. adductis à Ferdi. Gomezi. in.l.52. Tauri. nu.2. i. faciunt dicta à Feli. in c. nonne benedicimus. de præſumpt. & Barthol. Caffan. in cōſueru. Burgund. rub. 3. §.8. fol. 123. col.2. nu. 8. quæ optimè faciunt ad declarationem legis. 55. in decisioni. Tauri.

Conſequenter quāro, aliquis ſcribe- 49
bat cuidam militi vt aliquem interficeret, dedit ille literas ſuo capellano vt legeret, illis perfectis ſequutum eſt homicidium, an iſte clericus incurrit irregularitatē? dicendum eſt, q̄ ſic, quia dedit ministerium morti iſtius, vnde ſupposito q̄ nesciret, quod in charta cōtinebatur. Cum accelſit ad locum illum debuit ſuperſedere, & dicere militi hoc nō ſpectat ad officium meum. ita Ioan. Andr. & Hoſtien. in.c ſententiā. ne cleric. vel monach. ¶ Quāro ſi clericus ministrat alicui arma in bello, ipſis in eo pugnantibus, an incurrit irregularitatē? In hoc eſt diſtinguendum, q̄ aut quārimus de bello iuſto, an de iniuſto. Si de iniuſto, non eſt dubiuſ quin incurrit irregularitatē, quia præbet mysterium morti: ſi vero bellum eſt iuſtum, hic etiam erit dicendum, q̄ præſtatio armorum, eſt immedia tum mysterium ad mortem. Ita determinat Innoc. in.d.c. ſententiā. quod procedit etiam ſi ministrans arma hoc non intendebat. Ratio eſt, quia debuit cogitare hoc evenire posſe. vt notat Abb. in dict. c. ſententiā. Si tamen in bello iuſto clericus non daret ita operam propinquam morti, non eſt irregularis, vt ſi clericus præpoſitus bello, facit emi ballistas cum quibus pugnet. Non tamen impendat eis pugnantibus, vt dictum eſt. argum. text. in cap. de occiſionis. 23. quæſt. c. ita not. Specula. in titul. de diſpenſat. §. iuxta. verſi. quid ſi clericus. nu. 58.

ADDE

A D D I T I O.

¶ Adde Diuum Antoni. 3. titu. 28. c. 2. §. 6. & in. 4. part. titu. 3. cap. 2. §. quinto. Thom. & Cajetan. 2. 2. quæst. 40. art. 2. Panor. in cap. cleric. 1. nu. 5. de vita & honest. cleric. Ioan. de Anani. & Felin. in cap. petitio. de homicidio. idem Felin. in cap. excommunicamus. col. 2. de hæreti. vbi per plura probat, quod authoritate ecclesiæ potest iustum bellum moueri, & singul. per Syluest. verb. bellum. in. 3. & in verb. homicidium. 3. quæst. 6. Angel. verb. homicidium. 1. quæst. 22. Antoni. de Rosellis in tract. de concili. in pen. parte tractatus. §. quarto. & Nicola. Ploui. in tracta. de irregula. in regul. 30. nume. 20. & Dominum Ioan. Bernard. in sua præxi criminali canoni. capit. 94. vbi habes istam materiam belli, quando sit licita personis ecclesiasticis, satis ample enucleatam.

51 **Q**uod si clericus supra scribit quod capiatur aliquis: non tamen scribit de morte, sequuta est mors inde, certè erit irregularis. ita not. Hosti. in dict. c. sententiam. Quod procedit etiam si iste, non cogitabat verisimiliter hoc posse euenire, quia forte scripsit, quod super causam merè ciuillem caperetur, quod verum intelligi si iste fuit in culpa hoc scribendo: fortè quia non expectabat ad officium suum, ita notat Abb. in dict. c. sententiā quod nota, facit enim ad multa. ¶ Signanter ad illam questionem, de illo qui indicauit aliquem, qui quereretur, ut caperetur, qui post modum fuit captus, & occisus, vel mutilatus: an iste qui eum indicauit incurrit irregularitatem. Specula. mouet hanc questionem vbi supra. versic. quid si iudex. qui concludit quod si ego sciens quod ad mortem quereretur iudicauit illum, irregularitatem incurro sequuto homicidio, secus si nesciuī nec suspicatus sum, quod ad mortem, vel ad poenam sanguinis quereretur.

AD

A D D I T I O.

A D idem adde etiam si non expressit directè sed indirectè ex cuius responsione fuit captus, ut pote interrogatus sitalem vidit? & dicar eo casu quo non potest ire nisi per duas vias, non iuit per istam. ita Angel. in sum. verbo, irregularitas. quæst. 14.

Sed ego limitarem vt in proxima quæstione, puta, nisi hoc non spectaret ad officium suum, vt si forte erat clericus, qui interrogatus à iudice seculari fuit, non obligatur ad hoc respondere, cum non sit iudex suus, ad hoc faciunt notata per Abb. in. ca. 1. de testib. cognend. col. 2. ¶ A prædictis omnibus excipiuntur quatuor, qui etiā si occidunt, vel mutilent, nō incurruunt irregularitatem, scilicet furiosus, infans, dormiens, vel se defendendo cū aliter mortem vitare suū non valens occidit in uasorum, pro hoc est casus in Clem. si furiosus. de homicidijs. ¶ Circa furiosum tñ quæro. An idem sit in ebrio, vt nō incurrat irregularitatem, pppter homicidiū? & videbatur p̄fic, quia ebrius æquiparatus est ei, & est exemplū si est positus extra rationem, quemadmodū & ille furiosus. ¶ Sed cōtrariū est verū, quia à principio in culpa fuit se inebriando, pro quod facit rex. in. c. inebriauerūt. 15. q. 1. ita tenet Aluarus & Ioan. de Imol. in. d. Clem. si furiosus. ¶ Ad quod facit id quod Philoso. dicit. 3. Ethic. & refert S. Thom. 2. 2. q. 150. art. 4. 1. & 1. 2. q. 76. art. 4. 4. vbi dicit p̄ ebrius delinquens duplices poenas meretur, scilicet, quia se inebriauit, & quia delinquit. Ex quo enim causa (scilicet, ebrietas fuit in eius potestate à principio, quicquid exinde sequitur sibi imputatur).

A D D I T I O.

SI ebrietas fuit culpabilis, etiam si culpa fuit leuis, si occidat ebrius erit irregularis. secundum Ricardum in. 4. senten-

sent.distin.15.& est de mente sancti docto.secundum Syl
uestri relationem in sum.verb.ebrietas. quæstio. 4. & te-
net Ioan.de Imol.in Clem.1.col.4.nu.14.de homic.& Lu-
doui.Mōtautus in tracta. de reprobatione sententia Pilati.
in princip.dub.1.nu.4.& videtur esse etiam de mente Ca-
ieranj in sum.verb.ebrietas. pagella 130.secūdum impres-
sionem Lugdunen.anni 1545.& Syluest. in sum. verbo,
homicidium.3.quæst.4.Socin.in.c.ad audientiam.nu.15.
de homic.omnino est vi. Henri. Gandau.quodlib.3.q.26.
fol.84. quicquid expresse in hoc contrarium firmauerit
55 Angel.eod.verb.versic.vtrum ebrietas.num.3. ¶ Et adde
quod ebrietas simplex inducit veniale. Asidua tamen &
præcognita inducit mortale.tex.cum glo.in.c.vnum ora-
rium. §.alias ea demum.25. distin. tenet Diuus Antoni.2.
parte titu.6.c.3. §.2. & Panor.in.c. sicut nobis. & ibi addit.
in parte,ebrietate.de testib. & in.c.à crāpula.col.1.nu.2. de
vita & honesta.clerico. & in.c.si constiterit.col.2. nu.3.&
ibi Felin.col.1.nu.2.de accusatio. vbi Ioan.de Anani.dicit
istam esse cōmunem,& idem tenet Angel.& Syluest. ver-
bo,ebrietas.quæst.1.secundum quos intellige istam theo-
ricam, qui bene distinguunt, quando simplex ebrietas sit
peccatum mortale si est præcognita & malitiosa , alias est
veniale,& est etiam de mente Caieta.in dict. loco in prin.
pagella.129. ¶ Ex quibus infertur non bene dixisse gloss.l.
vnicæ. §.taceat.in verb.mores.C.de rei vxor.actio.in quā-
tum vult ebrietatem quotidianam peccato veniali adscri-
bendam fore,& quod ebrietas sit mortale, cum inter mor-
talia descripsit Aposto. satis constat. vt patet in. 1. ad Co-
rinth.5. & ad Galat.5. ¶ Et ebrius. delinquens qualiter sit
puniendus in foro iudiciali.vid.per Angel.Areti. in tract.
de malefic.verb.scienter & dolose.num.17. & ibi August.
Arim.Panor.in. c. statuimus.col.2.nu.6.de maledic. Ale-
xandrinum in.c.denique.4.dist. Rip.in.l.sivnquam.q.22.
1. ad Co-
rinth. 5.
Ad Gala-
tas 5.

in lib.3,

in lib.3.interpretatio vbi plora scribit de ebrio.C.de reuo-
cand.dona. Philip. Deck.in.c.placuit col.3.nu.9.de testib.
casus in.l.omine delictū. §.per vim in. ff. de re milita. ¶ Et
de ebrio vide multa quæ congerit Barth.Cassan.in cōsue-
tudi.Burgund.rubri.1. §.sextō.nu.57. & Iacob.Spiegel in
Lexicon turis.verb. ebrij. Et consutorum facile præstan-
tissimus Andr.Tiraquel.in legibus connubiis fol.87. in.l.8.
nu.15.4.& Deci.consil.212.col.2.lib.1. & merito sunt pu-
niendi poena irregularitatis. Cum culpa præceden struc-
tionis,vel homicidij fuerit ebrietas. ¶ Nam vt inquit Se-
56 neca ad Lucillum, voluntaria infaria est ebrietas. facit ca.
inebriauerūt Loth.& in.c.fanē.15.q.2. de iure regni adde Lex par-
l.5.titul.8.parti.7. Et testimonij ebrij non valet, Bald.c.1. titel.
de testib.col.1.nec cōtractus seu promissio facta ab ebrio,
glo.in.c.vnusquisque.super verb. quod ebrius.22.q.3. sing.
secundum Ro.in.l.1.in prin.ff.de verb. oblig. quid si con-
tractus sit ad suam utilitatem,vid. Tiraquel.in.l.15. connu-
biali.in glo.6.nu.83. nec matrimonium contrahere, Deci.
consi.212. per prædictam glo. quam dicit nota. quam etiā
tenet Fulgo.in consi.80.in fin. vbi dicit φ contractus eius
qui porationibus & ebrietatibus, vel adulationibus est in-
ductus ad vendendū rem in minori pretio quam valeat est
ipso iure nullus, pro quo bene facit.c.fanē.15.q.1.vbi vide
posita. Item ebrius non potest facere testamento secundū
Bald.in.c.1.de probat.Rip.l.fin.C.de reuoc.donat.nu.72..
cum seq.& de ebrio vid.aliqua per Ioan.Samson in cōsue-
tudi.Turon.i.fol.239.col.3.&.4. ebrietas non repellit à te-
stimonio nisi esset testes ebrius tempore testimonij. Ay-
mon consilio 169.num.5.

AN autem delictum imputetur ebrio
57.
in foro iudicali, remitto ad ea quæ notat Abb. in.c.
sicut.de testib.vbi tenet φ sic, non tam punitur ordina-

I ria

ria pœna, sed minori, de quo vide ibi per eum. & Salycet in l. 1. ad fin. C. ad l. Cornel. de Sicar. ¶ Circa infantem etiā quæro: an indistincte ille excusat ab irregularitate? dicendum quod nō, imo debet intelligi, dummodo non sit infans doli capax. Probatur hoc per dict. Clem. quæ illas personas excusat ab irregularitate propterea, quia in eis cessabat omnino voluntas occidendi, & animus. Quæ ratio cessat in istis doli capacibus. Ergo cessabit illa dispositio, ut in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. istam conclusionem tenet Abb. in c. 1. de delict. puer. & ex hoc poteris limitare. l. 1. C. de fals. mone. Cum dicit, quod ætas illa ignorat quid videat.

A D D I T I O.

AETAS enim infantilis usque ad septenium durat, tam in masculo, quam in foemina. l. si infanti. & ibi Bald. nu. 1. C. de iure deliberand. glos. in. c. in singulis. 77. distin. Anto. Fume. in tract. de substi. rubri. de pupilla. substi. nu. 34. & gloss. in procœm. Sexti, verb. perfectus. vbi descriptis ætates hominum, quarum prior est infantilis. Et bene explicat Barth. Cassan. in consuet. Burgund. rubri. 6. §. quarto. charta 216. col. 3. ¶ Videtur tamen quod intellectus Abb. sequutum à nostro Authore de iure non possit procedere. ¶ Primo, quia nullus iudex, magister, aut doctor, in casu non expresso debet aliquem irregularē iudicare. vt est tex. in. c. is qui. de sent. excom. lib. 6. & supra satis latè probatum est. Ergo cum infans generaliter sit exceptuatus, non debet amare intelligi per subauditos intellectus, scilicet casu quo malitia infantis eius ætatem suppleret. argum. glo. singul. in. c. cupientes. §. si per viginti. in verb. petere. de elect. lib. 6. quæ sic dicit Ias. in. l. si arrogator. col. 19. nu. 53. ff. de adoptio. Felin. in. c. ad audientiā. 1. nu. 6. de re script. & Lud. Gomezi. in. c. 1. nu. 46. de iudi. lib. 6. & in. §. item si quis in fraudem. nu. 44. Instit. de action. & in. §. pœnales.

tales. num. 24. eod. titul. & Andr. Alciat. in. c. quod sedem. num. 58. de offic. ordi. Igitur cum non sit expressum, imo infans sit exclusus, non est discedendum à verbis eiusdem Clem. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. prospexit. ff. qui & à quib. lex literis. de sponsalib. ex quæ exclusione seu exceptione visa fuit regulam prædictam in contrarium firmasse. in causis non exceptis. c. 2. de coniugi. lepros. c. dominus. 32. quæst. 2. & in authen. de non alienandis aut permutan. §. Ut autem lex. colla. 2. & argu. ab speciale valet. c. præsent. de præbend. lib. 6. & casus omissus relinquitur sub dispositio nē iuris communis. l. commodissimè. ff. de liber. & posthui. l. si cum doce. ff. solut. matrimo. c. suscep. de re script. lib. 6. sed ita est per prædictam regulam quod nullus iudicari debet irregularis, nisi à iure exprimatur, & iste non sit comprehensus, eo casu quo malitia suppleret ætam. Imo generaliter infantem exclusit. Ergo generaliter debet intelligi. l. de pretio. ff. de public. capit. si Romanorum. 19. distinct. maximè cum hæc dispositio sit fauorabilis, & saluti animarū conuenientiore ex summi Pontificis dispositione. ¶ Quia vbi certa ætas ad intellectū & discretionem requiritur à iure, non potest suppleri. malitia, nec præcoei iudicio. l. quæ etate. ff. de testa. ex communione intellectu quæcum referunt. Franc. in. rubri. de testam. libr. 6. versic. primo prohibetur, & egregius Hispanus Doct. Didac. Couar. in epitome in lib. 4. decret. in. 1. part. c. 2. nu. 1. ¶ Tuin etiam quia cum sit beneficium impensum in infanti bus, absq; alterius prejudicij est amplissimè interpretādū, ex sententiā Labolé. in quentis, beneficiū imperatoris, quod à diuina scilicet eius indulgentia pficisetur, quā plenissimè interpretari debemus in. l. beneficiū. ff. de costit. princip. & est addendus Hipp. in sing. 483. incip. beneficia principiū. ¶ Postterea id probatur, cū notissimū sit in iure, expressum validius & fortius esse, quæ tacitu, ut per plura firmat An-

dræas Tiraquel in legib. connubial. iiii. l. 15. in glo. 5. nu. 48.
cum pluribus ibi subiectis, faciliusq; inducitur reuocatio
taciti quām expressi. l. fin. in prin. ff. de legat. 2. quam legem
singularem inquit Didac. Segur. in repet. l. cohæredi. §. cū
filiæ. nu. 60. & ibi dixi in meis additionib. fol. 35. ff. de vul-
ga. & pupil. ¶ Sed clarum iuris est q; exprese non potest
repantiarī beneficium concessum à principe miserationis
gratia, vt est glo. singul. in. l. vnicā. verb. excedere. C. quan-
do impera. inter pupil. quam ad id not. Alexan. in. l. penul.
col. yltim. C. de pacti & dixit singul. Thom. Parpal. in repe-
ti. l. 2. col. 6. ff. solut. matri & Hierony. Cagnol. in repeti.
procem. digestori. nu. 18 & cuncti seq. & beneficium alicui
concessum causa miserationis & pietatis ad hoc vt exclu-
datur requirit verba non solum specialia, sed specialissi-
ma, vt post Ait. in. d. l. 1. C. quando impera. inter pupil. &
vid. probat Tiraquel. in repe. l. si vñquam. in prin. l. num.
120. C. de reuoc. donat. Sed huiusmodi constitutio fuit tal-
lis. ieur &c. nam isti infantes naturaliter etiam mutuam
pecuniam recipiendo non obligantur ex sententia consul-
ti Leyni. in. l. pupillus. ff. de actio. & obliga. Deci. in. l. pu-
pillus. ff. de regu. iur. Perr. de Vnzola in practi. notariatus.
in. 6. divisione personarum. §. de infante minore, ergo nec
per delictum obligantur. ¶ Præseriat cum statutū in præ-
dicta Clem. sit conditionale; ibi si furiosus, aut infans, ergo
debet specificè intelligi ad literam absque suppletione seu
detractione aliqua. l. Moesius. & l. qui hæredi. ff. de condi.
& demonstra. & satis latè & singulariter probat Andr. Ti-
raquel. in tract. de vñq; tract. §. secundo. gl. vnicā. char-
ta 356. col. 1. & dixi in additionib. ad Seguram in repe. l. im-
perator. nu. 27. ff. ad Trebel. ¶ Opinio tamen nostri autho-
ris hic, quæ est Panor. in. d. c. primo. de delict. puer. Hippo-
pol. in. l. infans. col. 2. ff. ad. l. Cornel. de Sicar. & salua pace
Hippoly. in loco proximè nominat. iuxtesse dicat. istius
opinio;

opinionis Ioan. de Anani. in. c. pueris. de delict. puer. ipse
tamen probat contrariam, imo q; non incurrat, cum non
sit expressum in iure. ibi. nu. 3. ¶ Patentur tamen Anani. & 65
Hippol. vbi supra. aliquibus exemplis q; infans accidenta-
liter aliquando inuenitur præmaturi intellectus. idem Ho-
stien. in. c. puberes. de despensatio. impuberū. & Segur. in
repet. l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. 237. ff. de vulga. & pupil.
substit. Sed tamen nihil ad propositum cum hæc præma-
turitas raro aut nūquā inueniatur in minoribus septennio,
sed in maioribus, vt ex suis scriptis in hac re colligitur. ¶ In
fans tñ vtrum puniatur poena homicidij. vide per Hippol. 66
in. d. l. infans. & Angel. in tracta. de malefic. verb. scienter.
nu. 6. fol. 123. vbi non esse puniendū ex delicto probat, quia
dolo caret. & voluntate delinquendi. d. l. infans. ff. de Sicar.
& Clem. vnicā. de homic. & est cōstit. Neapolit. lib. 1. tit. u.
13. ibi, infans etiā sine malignitate animi, & furiosus si ho-
minem occiderit non tenetur, quia alterū innocentia con-
silijs, alterum infelicitas casus excusat, ad idem. l. sed & si
quemcunq; versi. sed si infans. ff. ad. l. Aquil. l. impuberem.
versi. infantes. ff. de furt. ¶ Et in quantū Angel. Aret. in loco
allegato firmat q; infans doli capax potest puniri de omni
crimine, qui apoteſt omne delictū cōmittere præter deli-
ctum carnis, deuiat à vero secundum August. ibi ad eum
in additio. per regulam quā doctores tradunt per gloss. ibi
in. d. l. impuberem. & ibi Angel. in terminis qui dixit, q; isti
minores & impuberes qui cōmittunt delicta, cum sint do-
li capaces, nunquam possunt puniri de delicto perpetrato
per ipsos, nisi sint proximi pubertati. Duo ergo copulatiū
requiruntur, q; sint doli capaces, & proximi pubertati, &
pro ista cōclusione est tex. qui ita debet intelligi in. c. 1. de
delict. puer., scilicet, in pximo pubertati doli capaci, ibi
gradiusculis. & ibi, puerilis ætas. bonus text. in. l. hæredibus.
§. 1. ff. de dol. vbi ille qui est proximus pubertati dicitur do-

- li capax. ¶ Et sic à decem annos & dimidio supra. ex gl. iñ
 67 §. pupillus. in versi. sed quod diximus. verb. infantia. Instit.
 de inutili. stipul. & in §. in summa. Instit. de oblig. quæ ex
 delict. nascun. & in l. pupillū. ff. de reg. iur. & ista est cōmu
 nis opinio secundū Ioan. Anan. in. c. exhibita. col. fin. nu. 7.
 de homic. & Philip. Deci. in l. pupillū. ff. de regu. iur. & est
 Lex par- cōprobata de iure Partitarū in l. 8. titul. 5. parti. 6. ibi. que el
 tite. moja aya mas de diez años y medio, a que llaman en latin pro
 ximus pubertati: que quiere tanto decir, como que es cercano
 a ser de edad, e a entendimiento. Et ex ratione prædictæ le
 gis Partitæ patet. infantem, seu proximū infantia, non esse
 doli capacem, quia ignorat quid agit, ibi dum inquit. Casí
 menor fuesser non lo podrise desheredar de lo suyo: porque non se
 mejor que puede fazer tuerto a su padre maliciosamente, mas
 que lo farie por necedad, e por mengua de entendimiento. Bo
 nus text. in. d. §. pupillus. ibi, Nam infans, & qui infantia
 proximus est, non multum à furioso distant, quia huius
 modi etatis pupilli nullum habent intellectum, ex quo
 text. sequitur impugnatio ad doctrinam seu limitationem
 Ad idem Abb. & aliorum ad prædictam Clem. i. de homic. ¶ Et ad
 plures le- id quod dixi de doli capaci adde etiam l. 4. titu. 19. part. 6.
 ges Parti- & l. 8. titu. 9. & l. 17. titu. 14. & l. 10. tit. 10. & l. 3. titu. 15. part.
 tie. 7. & l. 7. & l. 8. titul. 31. & l. 9. titul. 1. ead. parti. 7. si ergo est
 immunis à poena, sicut est furiosus, cui est æquiparatus, &
 à poena irregularitatis durate tpe infantia per supradicta.
- 68 **V**lterius etiam quæro, an maior in
 fante impubes nō doli capax, occidens, vel mutilas,
 incurrit irregularitatem? Hostien. in. c. 1. de delict. pue. te
 net quod sic, quia in lege promotionis non voluntas, sed
 factum attenditur. ¶ Contrarium determinat glo. in dict.
 Clem. si furiosus. ad quod allegatum text. quasi velit,
 quædæm ratione qua excusat infans, excusat etiam
 impu-

impubes, qui non est doli capax: & istam cōclusionem se
 quitur ibi Henricus, Paulus, Bonifacius, Petrus de Ancharr
 & Ioannes de Imol. & comm uniter doct.

A D D I T I O N E A D D I T I O N E

¶ S T A M tenet Diuus Antoni archipræstul Florent. in
 3. part. titul. 28. cap. 2. §. tertio. Marian. Socin. in cap. ad au
 dientiam. num. 12. de homicid. & Igne. in l. 1. §. impubes.
 nume. 35. ff. ad S. C. Syllania. & Sylvest. in summa ver
 bo, homicidium. 3. quæst. 2. in particula. 3. quia carēt cul
 pa, & voluntate occidendi, & quid facit ignorat. l. prima.
 C. de falsis.

Sed quidam doctor, cum repeteret di
 cta Clemens. tenuit opinionem Hostien. dicens, quod
 ad incurritam irregularitatem, nō sequitur animus do
 losus, vt pater iniulta occidente, scilicet in iudice, qui in
 currit irregularitatem, & ad dict. Clem. responder, quod
 intelligenda sit strictè in criminibus, vel in casibus in qui
 bus loquitur. Sed ego tenerem opinionem gloss. quæ est
 communis omnium doctorum. Pro qua facit tex. in dict.
 Clem. quæ non vt priuilegiarer ibi contentos, sed illa
 ratione, quia illi carebunt voluntate, omnipo. eximit illos
 ab irregularitate, non enim dicitur illos delinquere.

¶ Ex quo in eis ex toto cessat animus delinquendi. Cum
 ergo hæc ratio militet in impubere non doli capace, mi
 litauit eadem iuris dispositio.

A D D I T I O N E

V T copiosissimè probat Andreas Tiraquel. in hac
 nostra ætate facile omnium præstantissimus in omni le
 ctionè, is in quam in repetitio. l. si vñquam, verbo, libertis.
 nume. 37. C. de reuocand. dohaz. & per Didac. Segura in
 reperi. l. 1. §. si vir. fol. 143. numer. 119. ff. de acquirenda
 possit. & ibi dixi in Additio. ybi omnino vide.

Rætere a impubes qui non est doli capax, est inter duo extrema, scilicet, infantiam, & pubertatem. Debet ergo percipere naturam illius cui magis adhaeret. Cū ergo iste magis adhaeret infantiaz, eius naturam cōmunicabit. per. l. quæritur. ff. de statu homin. ¶ Item cōfirmatur, quia legali poena iste proximus est infantiaz, non punitur p eo quod non est doli capax, ita probat text. in. l. impuberem. ff. de furt. & est tex. in. c. 1. de delict. puer. ¶ Ad fundamenta cōstat facilis responsio. Ad id quod dicitur, quod ad irregularitatem contrahendam non requiritur animus. Dicendū q illud non extat, imo requiritur ut colligitur in. d. Clem. Nec obstat quod homicida quædam casualia imputatur, supposito quod in eis cesser animus, ex quo culpa illa causus fortuitus cōtingit ad quem culpa, voluntas & animus ac cessit, quod sufficit ad hoc, ut quod inde fuerit sequutū imputetur. ita determinat Philosop. 2. Ethic. vbi de voluntario, & in voluntario agit, & inde habuerunt ortū multa iura in titu. de homic. vt. c. significasti. 1. & c. Ioannes. & ca. ex literis. 1. & 2. & ca. continuebatur. ad hoc quod dicebatur de iudice. Dic q vbi adest animus occidendi, supposito quod ille animus sit iustus efficitur irregularis. ¶ Circa dormientem quæritur, an si dormiens occidit aliquem, quem videns occidere cogitabat, num ille irregularitatem incurrat? Guilielmus in dict. Clem. si furiosus. & cōiter Doct. tēnent q non. Ratio quia tunc ille non sentit quid faciat. vid. Socin. in. c. ad audientiam. in. iouq. 3. principalis. de homic.

69 Circa se defendantem quæro, an sit verum indistincte, quod ille non incurret irregularitatem. Dicerem ad hoc qd sic, dū modo cōcurrant hæc, primum quod fiat incontinenti, & non ex interāllo, quia alias potius esset vltio quā defensio. Item quod faciat se defendens, animo se defendendi non vltiſcendi. Tertium requisitum est. ¶ Quod fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Dicitur etiā moderatum

deratum inculpatæ seruari tutelæ, si illum tantū facit, quo omisso violentia repellere non posset, ut dicit gloss. in dict. c. significasti. 2. vnde non est necesse ad hoc ut dictum moderamen obseruetur, quod per omnia sint arma æ qualia inuidentis, & inuasi. Sed debet in hoc attendi qualitas personarum & circumstantiaz, quas bonus iudex cōsiderabit, pro quo est glo. notabi. in. l. 1. C. vnde vi. & ibi communiter doct. ¶ Et ad hoc ut ista defensio licitare reddatur nō est necesse primum iustum inuidentis expectare, ut est glo. in dicta. l. 1. C. vnde vi. Et si se ipsum defendendo interficiat aduersarium nullam incurrit irregularitatem per. d. Clem. vnic. de homic. quam non vidit S. Thom. ideo cōtrarium dixit in. 2. 2. q. 64. artic. 7. in responsio. ad. 3. nam suo tempore secundū Caieta. ibi nondū erat statutū. Et postea emanauit prædicta cōstitutio, ut etiam refert D. Antoni. 2. part. titul. 7. c. 8. §. tertio. Nec incidit in peccati canonis si quis suadente si percusslerit clericum ad sui defensionem, vel iniuriam propulsandam secundū Curti. Seni. cōsil. 20. nu. 39. alleg. no. in. c. significasti. 2. de homic. Abb. in. c. 1. & 3. de sent. excom. tex. & ibi Abb. 1. not. in. c. perpendicularis, eod. titul. etiam si insultum faciens fit stultus furiosus seu in morte captus possum. eum occidere ad meam tutelam. ita Hippolyt. in singul. 375. vbi vide.

A D D I T I O N E

Opinionē cuius gl. ibi oēs approbat scđm Hipp. in cōsil. 21. vocē meā & c. col. 4. nu. 23. vbi plura allegat p cōfirmatioē istius opin. & est simi. gl. vbi est tex. in arg. in. l. idē est. §. qui armati. ff. de vi & viar. & tex. in. l. stipulationes. §. planē. ff. de verb. oblig. ibi nō est expectādū ut insula ruat, ut sic deinde agi possit, tex. cū sua glo. verb. qui eos in. l. fin. §. upsum autē filiū. C. de bonisq; libe. l. cū tale. ff. de cōd. & de mōstr. Bart. in. l. 2. nu. 18. ff. sol. matr. Inno. in. c. cū dilectus. de fide instr. Præposi. in. c. ex literis. nu. 3. de spōsali. vbi pro

138 Gondisal.de Villadiego Hisp.

bant tristem euentū non esse expectandum. Imo contra eum antequam veniat quis se prouidere debet & potest. I. generaliter. §. si libero homini. ff. de fideicom: libert. quem cōmen. Iaso. in. l. si constante. nu. 46. ff. solu. marri. & in. l. si cui legetur. §. si Titio. num. 13. ff. de legat. 1. & facit. l. item apud Labeonem. §. si quis pulsatus. ff. de iniur. & quæ singulariter adnotauit Barto. in. l. si ex plagijs. §. 1. ff. ad legem Aquil. & optimè quæ ponit Anton. Corset. in suo singula. verb. metus. versi. an operatur. & Hippoly. in. l. is qui cum telo. col. 3. C. de Sicar. & in cōsil. 48. nu. 30. vbi habes quod præparatio habetur pro re præparata. Quod est notandū, cū s̄ p̄e in praxi euenire soleat.

- 73 Item etiam poterit quis per foramen suū occidere inuasorē. ita not. Abb. in. d. c. significasti. 2. ¶ Item & bene not. vnde si minus potens timet magis potentem, poterit illū insidiose, vel veneno occidere. vt not. Ioan. Faber in. §. ius autem. de iur. natur. Sed intelligo hoc quantū ad irregularitatē vitandā, dum tñ nequeant aliter mortē evadere. vt infra dicam. ¶ Et in tantū iusta defensio excusat, qđ si clericus stans ad altare, missam celebrās, inua ditur, poterit omissa celebrationē defensioni insister, & si occidat poterit reddire ad altare, & inchoatā missam cōsu mere. ita not. Abb. in. c. clericī arma. de vit. & honest. cleri.

A D D I T I O .

Ludo. Gom. in princ. Instit. de actio. nu. 55. col. 22. in. §. superest. Idem tenet D. Antoni. 3. part. titu. 4. ca. 3. col. 2. & idem Abb. Panor. in. c. sicut dignū. col. 3. nu. 14. de homic. & Hippol. in cōsil. 25. col. 7. nu. 49. & in cōsil. 73. nu. 48. lib. 1. & in praxi causarū crimin. §. quoniā. nu. 75. & vltra eos do tibi gl. in. c. de his clericis. 50. distin. in versi. si fuit ineuitabili. & Sylvest. verb. bellum. 2. q. 3. & tenet Hippol. in cōsil. 81. col. 1. & p̄e cūd. Hippol. in. l. lege Cornelia. col. 4. vers. cuinimo

Tract. de Irregularitate. 139

quinimo occidens. nu. 29. ff. ad. l. Cornel. de Sicar. & in. l. is qui aggressorem. col. 1. nu. 3. C. cod. titul.

Sed intellige dummodo inuafus ille ali 75 ter mortem vitare nō possit. Si ergo posset vitare forte fugiendo: dūmodo posset facere talem fugam, sine periculo, & tunc occidendo incurrit irregularitatē, pro quo facit text. in Clemen. si furiosus. & ibi gloss. quam sequitur Ioan. de Imol. & docto. quantū ad poenam legalem excusaretur occidens se defendendo, & eo casu quo posset euadere fugiendo: non enim tenetur quis fugere, cum illud sit iniuriosum.

A D D I T I O .

V T probat Hippolyt. in. l. lege Cornelia. col. 6. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & in practi. causa. crimina. §. quoniā. num. 87. & vtrōbique allegat text. in. l. item apud Labeo. circa princip. ff. de iniur.

ITa determinat Bart. in. l. 1. C. vnde vi. & Abb. in. c. significasti. col. 3. nu. 9. de homicid. & cap. olim. 1. de rest. spoliato. ¶ Pondera tamen textum in dict. Clemen. quæ dicit, mortem vitare non valens.

A D D I T I O .

A D D E quod si fugiendo pōt quis se à morte liberare, qđ tenetur fugere, vt evitetur irregularitatē, eo casu in quo fuga ei nō esset periculosa: si tñ fugere potuit, sed fugiēdo se exposuisset: puta quia probabiliter dubitabat de casu, aut velociori cursu in sequētis, qui ex fuga audacior factus facile percussisset, occidēdo, aut mutilādo isto casu postposita fuga nō est irregularis, quia pericula tali exponere nō tenebatur. Cū qualitas tēporis, & loci nō patiat plenius de liberādi cōsiliū, ex mente Abb. Ioan. Anani. col. 3. nu. 7. & Feli. in. c. suscepimus. de hom. & eiusdē Abb. & Ana. in. c. signifi-

significasti ille col. 3. nu. 9. iste col. 12. n. 32. eod. tit. D. Antoni. 3. part. titu. 28. c. 2. §. 3. Syluest. verb. homicidiū. 1. q. 9. & in. 3. q. 4. Ang. verb. excōicatio. 5. q. 15. versi. sed pone quod fugiendo pōt. Steph. Aufreri. in tract. de potesta. seculariū super ecclesiasti. personas. regu. 3. nu. 18. versi. quinto fallit. & Philip. Deci. in. l. vtvim. col. 13. nu. 35. ff. de iust. & iur. Facit nā lex dicit. φ melius est ante tēpus occurrere quā post vulneratā causam remediū querere. l. 1. C. qn lic. vnicuiq; fine iudi. se vind. l. fin. C. in quib. casī. in integ. resti. non est necessa. cū si. & illud Terētij. Malo nos ante pspicere, quā vlcisci accepta injuria: ergo nō tenetur fugere, ergo ca. suscepimus. de homicid.

Ex his determinatur quæstio, an gibosus repellatur à promotione? Dicendum est quod per prædicta repellitur, si tanta est disformitas, quod sine scandalo non potest ministrare. ita not. Franc. in d.c. 2. de corpo. vitiatis. ¶ Considerandum tamen, quod vitium, vel defectus corporis non reddit quem ex toto irregularē, sed solum ad illud officium ad quem est inhabilis, propter impotentiam, vel debilitatem, vnde si presbyter, cum sit manum, excepto officio altaris, vel alio quo maius mysterium requireretur, bene posset administrare in ordine, itaque posset absoluere in foro poenitentiali. ita text. in. c. 2. de cleri. & grot. & ibi te net Abb. ¶ Ita stud tamē limitarem, nisi voluntariè incurrisset dictum corpus defectum: quia tunc ex toto repelletur, pro quo facit text. in. d.c. significasti. ¶ Idem dicerem si culpa sua illum defectum incurrisset, ut si propria culpa fuerunt alicui amputata virilia per ea quæ dixi supra post Innocent. & Ioan. Andream.

EX CAPITE XII.

Epitome.

1. **A** ET AS determinata ad ordinum susceptionem, quæ nam sit?
2. Primus dies cuiuslibet ætatis ad sacros ordines recipiendos sufficit attingere.
3. Ordinatus ante ætatem statutam, an recipiat ordinem, eiusq; priuilegio gaudeat?
4. Ordinatus ab alieno præsule, sine licentia sui episcopi, an gaudeat priuilegio fori?

CAPVT XII.

1. **D**I XI etiam quod defectus ætatis reddit quem irregularē.

DE

A D D I T I O.

DE hoc adde Ricard. de Media villa. in. 4. senten. distin. 25. artic. 2. quæst. 2. & Ioan. Bernard. in praxi crimin. cano. capit. 22.

CIRCA QUOD OMISSI INTERSTITIIONE IPFO-

rum, quæ olim in recipiendis ordinibus seruabatur. Hodie iure novo in sacris ordinibus recipiendis, est ætas iuxta, vt subdiaconatum non possint recipere nisi constituti in decimo octavo anno, diaconatum in vigesimo, presbyteratum in vigesimo quinto. vt est tex. in Clem. generali. de æta. & qualita. ¶ Et pondera quia satis est attingere primam diem, cuiuslibet ætatis istarum, nec est necesse ætatem illam consumere, ita nota glo. in dict. Clemen.

A D D I T I O.

VBI idem nota Ioan. de Imol. & ibi tractat, annus ceptus quando habeatur pro completo, & Bartholm. Cassan. in consuetud. Burg. fol. 81. col. 4. nume. 8.

Sed quæro quæ sit ætas idonea ad minores ordines recipiendos? Dicendum quod ad primam tonsuram clericalem, est ætas septem annorum, vt in. c. fin. de tempo. ordi. lib. 6. ad alios vero minores usque ad acolitum ordinem inclusuè usque ad 12. annos, ab inde poterit ordinari in acolitum. ita determinat glo. 77. distin. in summa. ¶ Sed quæro, an ordinatis ante ætatem legitimam recipiant ordinem? ad hoc dicendum quod sic, pro quo facit text. in. c. vel non est compos. de tempo. ordin. & text. in. c. subdiaconus, 77. dist. quæ iura mandant interdici executionem ordinum. Ergo supponitur ordinem realiter fuisse receptū. In tantum enim hoc procedit quod secundum Huguri. in. d.c. subdiaconus, etiam puer in eunis poterit ordinari, ita etiam tenet Archid. & ibi Franc. in dict.

L

162 Gondisal.de Villadiego Hisp.

dicit. Clemen. generalem. ¶ Quero, ex quo promotus ante etatem legitimam recipiat ordinem: an gaudeat priuilegio ordinis suscepti? iuxta hoc est distinguendum quod aut priuilegium concernit ordinis executionem, aut respicit characterem. Primo casu promotus ante etatem legitimam, non consequeretur illud priuilegium, ita debet intelligi glo. in Clem. ut hi qui de etate & qualit. quæ dicit quod promotus ad subdiaconatum, ante etatem legitimam, non debet habere vocem in cap. habet enim hoc locum, propterea quod illa Clemen. exigit illud priuilegium concedi ordinatis in subdiaconos, vt sint qui videntur diuinis officijs, sic etiam debet intelligi glo. verb. etate. in. c. ei cui de præbend. lib. 6. Si vero priuilegium characterem concernit iste gaudebit tali priuilegio, exemplum in priuilegio Canonis, si quis suadente. 17. quæst. 4. & in priuilegio fori. quæ cōceditur clericis, pro eo quod in sortem domini sunt vocati, & sunt res sacratæ, & hoc colligitur ex verbis Ioan. And. in dist. Clem. hi qui. ¶ Ad quod facit quæstio quam mouet Franc. in. c. quod translatio. de tempori. ordinan. vbi mouet quæstionem, an promotus ab alio episcopo, sine licentia sui episcopi gaudeat priuilegio fori? & tenet quod sic, sufficit enim quod characterem recepit, ita ergo erit dicendum in proposito. vid. Guido. Papam decisiō. Dalphi. quæst. 449. vbi querit si laicus est effectus clericus sine licentia & consensu sui episcopi an valeat tonsuræ collatio, vbi altercat quæstionem ad partes aliud dicens esse in laico aliud vero in clero, quem vide.

E X C A P I T E X I I I .

Epitome.

BIGAMVS est irregularis, & quot modis quis dicatur effectus irregularis, exponitur.

Irregula-

¶ Tract. de Irregularitate.

163

- 2 Irregularis fit quis ex secundo matrimonio copula consummato, quanvis dissoluto quia de iure non habebat effectum, vt forte quia consanguineus, vel clericus in sacris constitutus erat contrahens.
- 3 Contrahens cū muliere à se ipso corrupta, an sit irregularis?
- 4 Bigamus ordinatus, num recipiat ordinis characterem? Et gaudeat priuilegio fori?

C A P V T X I I I .

D IX I etiam, quod bigamus est irregularis.

A D D I T I O .

Omnino est videndus S. Tho. quæst. 3. & in examinatione huius materiæ Ricard. de Media villa in. 4. senten. dist. 27. art. 4. quæst. 1. vbi cum aliquibus subiectis ponit, vtrum bigami sint irregulares, de ista quæstione, & eius ratione quare non tollitur bigamie irregularitas per baptismum sicut aliæ ante baptismum contradicunt. Præposit. in. c. accutius. nu. 4. dist. 26. Et vtrum irregularitas illa tollatur per baptismum? & quid si contrahat non de iure, sed de facto. cū corrupta ab alio viro? & an cum bigamis possit per Pontificem Romanum dispensari? & concludit in isto dubio vbi supra quæst. 4. qd sic dispensat Papa cū bigamo, vt promoueri possit in. c. qui sine. dist. 26. Præposit. tenet posse cū causa. Nō tñ episcopus secundū cōmunē, vt ipse ibi cōcludit. & in ead. dist. 27. Ioan. Maiore in. q. 4. & idem concludit Anchar. consil. 124. circa bigamos non promouendos, & Durandus in quarto distinctione 27. quæstione quarta. & Medin. in codice de ieiunio fol. 135. vbi rationes dubitandi hic annotabis. & Angel. verb. bigamus. numero. 8. Et adde bonas quæstiones per Ioannem Montaigne in suo singulari tractat de bigamia, qui est collatus in. 8.

L 2 volu.

volu. tractatuum. & Diuum Antoni. 3. part. tituli 28. cap. 3. & Angel. & Sylvest. verb. irregularitas. ille quæst. 47. ille quæst. 15. & per Doct. Ioan. Bernard. in practi. canon. criminis. capit. 16. verb. bigami. in quibus locis poteris videre ad saturitatem de hac materia bigamia.

ES T notandum quod dicitur quis bigamus multis modis, de quibus gl. in. c. 2. de bigam. 7. ponit Præposit. in. c. ecce. nu. 3. dist. 26. ¶ Et quatenus gle. ibi dicit, de viro qui vxorem suam adulteram cognovit scilicet, ut illi bigamus efficiatur debet intelligi idem si ignoranter: quia non agitur hic de vitio ordinandi, sed de defecitu sacramenti. ita not. Ioan. Andr. Franc. & communiter Doct. in dict. c. 2. & ex hoc pater quod valde pericolosum est, eos qui matrimonium contraxerunt, mortuis uxoribus à summi ad ordines. ¶ Et aduertendum quod ad contrahendam bigamiam, non requiritur iuris effectus, ut si binas nuptias quis iuridice contrahat: sed sufficit affectus, ut si defacto contraxit, ut est in clero qui ante sacros ordines duxit unam, & post sacrum ordinem de facto duxit aliam idem dicit Franc. in. d. c. 2. in eo qui simul cum duabus, eis simul viuentibus contraxit. & idei. Innoc. in. c. nuper. de bigam. addit. Capellam. Tolosan. & ibi additio. decisi. 2. 19. ¶ Sed quid si quis contraxit matrimonium, cum corrupta a se ipso, an incurrat bigamiam? glo. in. c. debitum. de bigam. finaliter tenet quod non eandem conclusionem sequitur gl. in. c. 2. de cleri. coniuga. & Hostien. in. c. tanta: quis filii sunt legitimi. tenet eandem conclusionem, hanc etiam sequitur Franc. in. d. c. debitum. sequuntur etiam Anto. & Abb. in. d. c. 2. & est communis opinio Doctorum, qui illa non diuisit carnem suam in pieres. ¶ Sed quare, nunquid bigamus ordinatus recipiat characterem? Communiter tenetur, quod characterem recipit pro hoc sent. in. c. si quis viduam distinxerit.

¶ Et in

¶ Et in hac materia aduertendum est, quod nunquam sine copula carnali, inducitur bigamia. Itaque etiam si cum mille mulieribus, quis contrahat matrimonium, nunquam erit bigamus, nisi duas cognoscat, vel saltem unam corruptam, ut probat tex. in. c. Valentino 34. dist. ita tenet Huguti. ibi & Domi. ¶ Sed dubitatur, nunquid gaudeat priuilegio clericis. tex. determinat quod non, in. c. vni. de bigam. lib. 6. imo sub anathemate vetat eis, ne deferant habitum clericalem. & gloss. ibi dicit hoc verum, siue sit sit bigamus vere, siue interpretatione, quia contraxit cum vidua intellige corrupta, ut in. c. debitum. in fin. de bigam. sed Franc. in. c. 1. de bigam. tenet contrarium, dicens hanc poenam non extendi ad casum fictum, vel interpretationem, de qua tamen materia videtur Domi. in. d. c. vnicco. super glo. in verb. bigamos.

EX CAPIT EX IIII.

Epitome.

1 Leprosus est irregularis.

CAPVT X IIII.

LXI etiam quod leprosus est irregularis, ille enim non debet in officio administrare propter scandalum aliorum: debet tamen ei coadiutor dari. ita probat text. in. c. de rectoribus. & in. c. ex parte. de cleri. agrotant. & in. c. cum percussio. 7. q. 1.

ADDITIO.

ADD E Angel. & Sylvest. in suis summis verb. corpore vitiatus. Primus in. §. octauo. Secundus in quæst. septima. & in verbo, leprosus. ille quæst. sexta. hic etiam quæstione sexta. Et est optima lex 7. partita. titulo. 16. in. l. 18. Lex partita. incipien. Gafio seyendo.

EX CAPITE X V.

Epitome.

I Irregularitates, plures hic describantur.

C A P V T X V.

D IX I etiam, quod est irregularis, arreptitus id est, à dæmone occupatus; vel morbo ca duco grauatus, vt in c. maritum. & ca. communiter. 33. distinct. ¶ Iuxta hoc ramen ad uertendam, quod aut quærimus in nōdumi promoto, aut in promoto, an posuit ministrare. Primo casu dic, quod nullostalis promoueri potest, vt in cap. maritum, sufficit enim, quod prædictū morbū aliquā habuerit, etiā si semel eū occupauerit. Secundo vero casu, q̄ si frequē ter cadūt nō debent administrare. vt. 7. q. 1. c. 1. Si autēm raro, & emittūt voces suas cōfusas, ministrare poterūt, sed debent habere coadiutorē. 7. q. 1. c. illud. & in hoc oēs cōcordat. ¶ In dæmoniacis vero est differentia inter Hugu. & alios. Huguti. dicit q̄ etiā si tales non debeat pmoueri, vt in d. c. maritum, pro moti tñ lapsō anno, postquā sunt curati à morbo ministrare poterūt. Alij r̄n dicūt, q̄ isti nūquā poterūt ministrare, ex quo semel à dæmone extiterūt occupati. Hæc omnia ponit gl. in d. c. cōiter. & hoc videtur verius.

A D D I T I O.

Omnino est addendus Sylvest. verb. corpore vitiatus. versi octauo quid de furiosis.

I Tem seruus irregularis est, ne promoueat. Seruitus aut à lege fuit inuēta autore Arist. 1. Polyc. c. 2. tex. 5. & c. 3. in prin. omnis seruit⁹ sit præter naturā. Pro hoc est totus titulus de seruis nō ordinā. ¶ Itē obligatus ad ratiocinia, pro hoc est tex. in c. vni. de oblig. ad ratiocinii.

A D D E

A D D I T I O.

ADDE Sylvest. verb. ratiocinium. quæst. 1. & optimam. l. 23. incipi. Teniendo. titul. 6. partita. 1.

Lex par-
titæ.

I Tem est irregularis, qui cum esset in sa-
lbris ordinibus contraxit matrimonium. facit tex. in c. 1.
& in cap. sane. de cleric. coniuga. tex. in capit. nuper. de bi-
gam. (& Sylvest. verb. bigamia. in princip.) ¶ Item qui ex-
tra statuta tempora fuit ordinatus, de quibus in cap. de co-
& capit. literas. de tempor. ordina. ¶ Item non ordinatus
ministrans, irregularis efficitur. vt in cap. primo. & cap. 2.
de cleric. non ordin. vt si non ordinatus dicat epistolam,
quod intellige in apparatu, ita not. Abb. in dict. cap. primo.
& intellige apparatum, si habeat manipulum, ultra dalmat-
icam. Nam illud insigne p. principaliter tribuitur in ordina-
tione subdiaconi. Hoc etiam videris in fratribus Mendic-
antibus, qui cum manipulo, & alba, & dalmatica, etiam
non ordinati, dicunt epistolā. ¶ Item qui non habent scien-
tiā competentem, pro quo est text. in. c. cum incunctis.
de elect. & in. c. 1. & cap. quæ ipsis. & per rotum. dist. 38.

A D D I T I O.

Gloss. c. nihil est. de electio. & text. in cap. fin. de æta, &
qualita. Felin. ca. præsentium. colum. 7. de test. & in capit.
ex literis. numer. 7. de constitu. Omnino vide per Domi.
Ioan. Bernard. in practica canonica crimina. cap. 18. verb.
illiterati. & per Angelum & Sylvest. in suis summis. ver-
bo, clericus. in. 2.

S Ed intellige hoc, non quod de omni-
bus istis in promptu respondeat, sed sufficit q̄ facta re-
volutione librorum, & habita cum alijs collatione hoc fa-
cere possit, ita tenet Innoc. in cap. firmiter. de sum. Trinita.
¶ Superiores vero, vt, episcopi, quanto in maiori dignitate

L 4 positi

positi sint, tanto eminehtius prædicta habere debent. Presbyteri debent scire canones pœnitentiales, compotum, lectionarium, & baptisterium, ita quod sciant recitare horas in c. quæ ipsis distin. 38. Item debent scire articulos fidei explicite, & huic scientiæ debet principalius vacare, vt not. Inno. in d.c. firmiter, nisi propter paupertatem hoc dimisisset, vt tenet ipse. ¶ Ipsius vero religiosi magis debent vacare contemplationi, vnde minor instructio scientiæ in eis tolleratur, vt dicit rex. in c. legi. 16. quæst. 1. Adde illud Isaie, Tu scientiam repulisti, & ego te repellam ne sacerdotio fungaris, transumptiuè in c. nisi cum pridem. §. pro defectu de renunt. Rip. in c. si quando. nu. 19. cuius dicta hic describes de res. & tonsura clericalis non est dandain santi illiterato, coniugato, vel extraneo. Franch. in c. nullus. nu. 1. de temp. ordin. lib. 6. & quod illiterati sint irregulares, nec presentari possunt ad beneficium omnino est videndus. Lambert. in tract. de iure patrona. 24. arti. 9. quæst. princip. 1. partis. 2. libri. ¶ Archidiaconus si habet iurisdictionem tenetur scire iura. ¶ Finaliter tamen tenenda est regula generalis, quæ omnia complectitur, quod illa est sufficiens scientia, quæ sufficit ad expediendum officium ipsi ordinato iniunctum. ita Innoc. in dict. c. cum incunetis. de electio. tenet etiam Sanct. Thom. in 4. sent. dist. 24.

¶ Ex quo infertur quod religiosi, & alij presbyteri, qui non sunt curati satis est, quod sciant officium suum. Prædicti vero casibus supposito quod incurrat quis irregularitatem: si ramen administrat in ordine, an nouam irregularitatem incurrat, vel non? recurrentum est ad illam distinctionem, quam supra feci post Innocent. in ca. si celebrat. de cleri. excom. ministr. ¶ Ad unum tamen est diligenter attendendum ultra irregularitates prædictas, quod omnis constitutus in peccato mortali quantum ad se est suspensus, itaque nullum sacramentum debet administrare, alio-

Optima re
gula.

rejaloquin mortaliter peccat. Item nec debet dicere mis-
sam, epistolam, vel euangelium. Nec principaliter in cho-
ro officiare, dicendo capitulum, & orationem in choro. ita
tenet Domi. in c. 1. de re iudi. lib. 6. & generaliter non po-
test admitti ad aliquid officium reservatum certo ordini,
imo peccat mortaliter. Secus si saltum de confessione
efficit reservatum certo ordini, vt dicere epistolam, sine ap-
paratu, vel ministrare altari, ita determinat Sanctus Thom-
as vbi supra. ¶ Quæro an in dubio debemus iudicare
quem irregularem, vel non, iuxta hoc est dicendum. Quod
autem quærimus in foro iudiciali, aut pœnitentiali. Primo ca-
su, cum irregularitas sit de iure positivo, in dubio non de-
bemus iudicare quem irregulari. Ita notat Innocent. in
cap. ad audientiam. de homic. Aut quærimus, in foro pœ-
nitentiali, & dico forum pœnitentiale, etiam si quis non
confiteatur, sed alijs sequiritur remedium animæ sua, si-
ue consilium salutare. Ettunc in dubio est iudicando irreg-
ularis, quia haec pars est tutor animæ, vt probatur hoc
per text. in c. significasti. 2. de homicidijs.

E X C A P I T E X V I,

Epitome.

¶ Irregularitas quorū modis tollitur, satis exactè explicatur.

C A P V T X V I.

ISO ex quibus causetur irregularitas, viden-
dum est qualiter tollatur. Iuxta quod primo
quæro. Nunquid irregularitas tollatur per ba-
ptismum? & in hoc est distinguendum, quia
aut talis irregularitas provenit ex peccato, aut non. Si pro-
venit ex peccato, quia quis commisit homicidium, vel

L 5 muti-

mutilationem antequam ad fidem catholicam conuerteretur, & tunc per baptismum tollitur, quia sicut tollitur peccatum, ita & omnis sequela peccati, pro quo est text. in cap. si quis viduam. s. o. distinct. optimus text. in c. deinde 26. distinct. ita notat Innoc. in capit. gaudemus de diuort. Aut irregularitas est contracta sine peccato, vt in iudice iuste occidente, talis non tollitur, dum non accedit alicui peccato, vt ex eius accessione tollatur ita not. gloss. in dict. cap. deinde & gloss. in cap. si quis viduam. hoc idem sequitur Domi. & Archidiac. in dict. c. deinde & tenet Ioan. Andr. in dict. c. gaudemus de diuort. Sdd Ioan. Andr. Calderi. & Abb. tenent hoc casu tales irregularitatem non durare post baptismum, quia in veritate a principio non fuit contracta. Nam irregularitas est inducta a iure canonico. ut notat Innoc. in capit. nisi cum pridem. de renunt. & in capit. ad audientiam. de homicid. & est text. in capit. is qui. de senten. excomuni. libr. 6.

A D D I T I O .

ET satis late annotauimus in Capitulo primo huius tractatus, in num. 2. vbi omnino vide.

VS tamen canonicum non ligat infideles, vt in cap. gaudemus. de diuort. in princ. Ergo predicti infideles non incurront irregularitatem: supervacuum est, ergo querere, an per baptismum tollatur irregularitas talis? cum non fuerit contracta vt predictum est.

Sed ego considero, quod hac ratione, bigamus ante baptismum, posset ordinari post baptismum, quod tamen falsum est, vt in capit. accutius. & in capit. deinde. 26. distinctione. Dicendum ergo videtur, quod etiam bigamus, vel is qui huiusmodi commisit, non sit irregularis ante baptismum, per supradictam rationem: quia quod iuste factum est, per baptismum non tollitur, vt dicit text. in cap. deinde,

deinde qui est nota 6. distinct. puta matrimonia quae fuerint contracta, vel homicidem quod fuit iuste commissum, vt in iudice iudicante, adueniente fide nouiter ex illo causatur irregularitas. Nam tunc qualitates illae inducentes irregularitatem habent locum. Quod videtur probari in cap. deinde si diligenter inspicitur. Ad quod facit id quod notat Bartol. in repet. l. ex facto. s. devulga. & pupilli in illa materia quo tempore existentia qualitatis consideretur, & cum ista opin. videtur residere glo. in cap. fina. 19. questione. 3. ¶ Et ideo salua correctione tenerem costrarium: imo primam opinionem, & ex hac ratione dices, quod nulla irregularitas proueniens ex defectu absq; delicto tollitur per baptismum, per predicta. Secundum tamen est in illa enim quae contrahitur per peccatum, vel cum peccato, quia cum ante baptismum fuerit contra dicta, pereat que dicta sunt, & postea non postulat, contrahitur: cum per baptismum fuerit sublata illa qualitas, ex qua poterit contrahi, scilicet, peccatum, per consequens illa nullo tempore contrahi potest: illa vero quae sine peccato contrahitur, non potest per baptismum, cum ante non fuerit contracta, sed ex post facto contrahitis sub sistentiam quadratis, quae per baptismum non sunt sublata, vt predixi, quod est valde notandum. Non ambil est mihi enim. ¶ Viterius quo zero, an per ingressum religionis tollatur irregularitas iuxta hoc glo. in exp. secundo, de apost. distinctxit, an sic contracta ex proprio delicto? & tunc non tollatur, aut ex alieno? ut patet in filio clerici, qui ex alieno vieno labore, & tunc per ingressum religionis tollatur, pro quo facit text. in capit. primo, de filiis presbyter. Abb. tamen in dict. capit. secundo, nuera, quinto, tenet contractum: nam nullo iure predicta regula probatur, imo dicendum est, quod per ingressum religionis tantum tollatur irregularitas in casibus expressis in iure, qd. inq.

A D D E

A D D I T I O :
ADDE Panor.in.c.ex tuæ.nu.4.de simoni. Ad idem adde Angel.Clauasi.verb.irregularitas.el.2.versi.secundo queritur.vbi dicit ꝑ licet non tollatur inducit tamen faciliorem dispensationem,& est de mente glo.in dict.c.2 de apost. in ultima opinione cum qua residere videtur, ibi. Quidam dicunt,& glo.in sum. §. dist.& sic intellige glo. in.c.pen.verb.difficile.47.dist.vbi inquit ꝑ per monachatum ill'egitimus fiat regularis,& opinionem etiam Panor. Abb.in dict.cap.2. de apostat. sequitur Sylvest.verb.irregularitas. quæst.28.

*Quid per
Peniten-
tiam.*

QVæro an per pœnitentiam tollatur irregularitas? Dicendum est ad hoc ꝑ nō, licet enim pœnitentia remittat peccatum in pristinum statum, de pœn. dist. 6.c. qui vult. & 15.q.6.c. presbyter. ita tenet Hugut. & Do min. in.c.miror. §.o. dist. ¶ An irregularitas tollatur per dispensationem? in hoc dicendum ꝑ sic. Nam cū sit de iure positio omnis irregularitas, poterit tolli per dispensationem. vt tenet Innoc. in.c. nisi cū pridem. de renunt. ¶ Sed

*Quis pote-
rit dispen-
fare in irre-
gularitate*

est dubitatio, quis poterit dispensare cū irregulari? Ad hoc dicendum quod si est irregularis pro oo quod, excommunicatus, interdictus, vel suspensus celebrauit, vel tempore interdicti, prætermissa iuris obseruatione ad solū Papam expedit dispensatio, per tex. in.c.1.dere iudi.lib.6. Item ad hoc facit illa regula generalis in materia Dispensationis, quod in maioribus criminibus adulterio, non potest inferior à Papa dispensare. Nisi vbi reperitur expressum, vt est text.

*Legat⁹ de
latere num
dispenſare
potit in ir
regularita
te.*

in capit. at si clerici. §. de adulterijs. de iudic. in prædictis tamen casib⁹ nullibi reperitur expressum quod inferior dispenset. ¶ Vnum tamen est, quod cū prædictis celebratibus legatus dispensat, si non in contemptu celebraverint per supinā ignorantia. ita sicut Host. & Ioan. Andr. in.c.cle- rici.

Traict. de Irregularitate. 173

rici. de cleri. excom. ministri. & ita habet Stylus curia: dicit tamen Abb. quod hoc dictum potius observatur de facto, quam de iure aliquo probetur. ¶ Quæritur quis possit dispensare circa irregularitatem quam contraxit per saltum propositus dicendum est, quod episcopus hoc potest, pro hoc est text. in.c.vnic.de cler. per salt. promo. & ibi tenent communiter docto. ¶ Ulterius quæro quis possit dispensare contra irregularitatem, quam cōtraxit homicida? iuxta hoc est dicendum, quod aut est homicida voluntarius, aut casualis, si voluntarius glo. in.c. sicut dignum. de homic. dicit, quod cum eo non possit dispensari, etiam per Papam, sed Hostien. & communiter Doct. ibi tenent contrarium, dicentes quod iura dicentia, quod cum homicida voluntario non dispensatur, intelligentur per inferiorem à Papa, tamen Papa dispensare potest si vult.

A D D I T I O :

I D E M Angel. vbi dicit istam esse communem sententiam Docto. in summa verb. homicidium. §. quæst. 1. & satis latè dixi in capit. 1. istius tracta. num. 8.

AV.T. est homicida casualis, & tunc aut quærimus in sacris ordinibus, & solus Papa dispensat, vt est text. in.c. continetur de homic. aut in minoribus ordinibus, & episcopus dispensare potest, per text. in.c.ad audientiam.eod.titul. & ibi Hostie. quem sequitur Abb. ¶ Quantum ad beneficia vero, dic quod episcopus cum eo potest dispensare, vt in.c.Henricus.de cler. pugn. in duell. Quod limita verum in beneficio simplici, secus in curato. ita notat Hostien. ibi. pro quo facit. Nam in materia stringibili, vel exorbitante à iure, appellatione beneficij tantum comprehenditur simplex, vt est tex. in.c.fin. de præbendis. ita tenet Abb. in dict.c.Henricus. ¶ Circa irregularitatem vero commissam per simoniam, distinguendū, quod

quod aut simonia fuit commissa in ordine, ipso ordinante dante pecuniam, vel eo sciente tacite vel expressè, & tunc communis opinio Doctorum est, q̄ solus Papa dispensat. arg.c.erga. i. quæst. i. & in c. penult. de simo. Aut fuit commissa eo ignorantē, nec ratum habente, & tunc Hostien. & Calderin. distinguunt inter manifestum & non manifestum delictum. In primo dispensat solus Papa, in secundo vero episcopus. Sed Abb. in c. de simoniacæ, eod. titul. vbi tractatur materia ista. Dicit indistinctè dispensari cum talibus. Ratio est, quia misericorditer est agendum cum illis, qui alieno vitio laborant, pro quo facit text. in dict. c. de simoniacæ, vbi indistinctè præmittitur dispensatio, ergo episcopus poterit hoc facere. Item facit text. in c. præsentium. i. quæst. 5. & cap. de regularibus. de simoni. Nec obstat dict. c. ex tuæ. quia ibi ille qui fuit ordinatus dedit pecuniam, & sic per se ipsum commisit simoniam. Quantum vero ad beneficium curatum, aut dignitatem, quæ æquiparantur. vt in c. de multa. de præbend. aut est sciens, aut ignorans si sciens & sponte renuntiat beneficium, potest secum dispensare per episcopum, quo ad beneficium simplex, & minores ordines, quo ad illam ecclesiam, quo ad alia vero ecclesiam, dispensari potest cum eo in executione omnium ordinum. Si vero non renuntiauit sponte, si expectauit sententiam, tunc ad hoc quod habeat beneficium, siue in eadem ecclesia, siue in alia, solus Papa dispensat, pro quo facit text. in cap. nobis. eodem titul. Si vero eo ignorantē, simonia fuit commissa, & tunc aurā suis æmulis, & sibi tunc non nocet. vt in cap. sicut tuis. eodem titul. Aut ab amicis, & tunc si sponte renuntiat, potest secum dispensari ex magna misericordia, secundum Innocen. & Hostien. in dict. cap. de simoniacæ. Sed intellige hoc non de eadem vacatione, sed alia vero beneficia potest habere, sine dispensatione, ex quo simonia non commisit, secundum

dum Innoc. ibi. Si vero beneficiū est simplex, & eo ignorantē fuit commissa simonia & sponte renuntiauit, potest episcopus etiam in illo beneficio dispensare per text. in ca. pen. de electio. Si vero nō renuntiauit sponte, vel eo ignorantē fuit simonia commissa, potest secum episcopus dispensare, per dict. c. pen. de elect. ¶ Et in omnibus alijs casib. quibus dictum est, episcopum dispensare posse, debet intelligi dummodo non fuerit simonia commissa, forte quia pecunia fuit ei data, pro quo facit glo. in c. præsentij. i. quæst. 5. prædicta ponit Abb. in dict. cap. de simoniacæ. ¶ In omnibus tamen prædictis casibus, de Papa non potest dubitari, quin possit cum simoniaco dispensare, cum sit supra iura positiva, quæ in illis cauerunt omnes simoniacos ad ordines & beneficium. vt in capit. proposuit. de concess. præbend. ad quod facit quod not. Innoc. in capit. nisi cum pridem. de renun. ibi tenet, quod cum omnis irregularitas sit de iure positivo, in omni irregularitate poterit Papa dispensare. ¶ Sed quare circa irregularitatē propter crimen notorium, quis possit cum clero irregulari dispensare. Innocent. in capit. primo. de corpori. vitia. colligit argum. ex illo text. quod etiam in criminē valde graue & notorio dispensare episcopus. Sed Franc. in capit. fina. de tempor. ordin. dicit quod in mediocribus, dispensant episcopi, nisi reperiatur prohibitum. vt in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudic. & sic per hoc sentit hanc materiam reducendam ad dictum. §. & eius materia. ¶ Ego credo hoc reducendū ad illas regulas, quæ in materia dispensationū traduntur, per Abb. in d. §. de adulterijs. Quarum una est, q̄ in adulterijs, & minoribus criminibus dispensant episcopi, nisi hoc reperiatur prohibitū. Alia est, q̄ in maioribus criminibus adulterio, non dispensant episcopi, nisi permittū reperiatur, & diciū permittū, si in genere permittat, supposito, q̄ nō expresse caueat de epo, vt not. Inno. in c. dilec.

c. dilectus de temp. ordi. glo. in. c. postulatis. verb. dispensatum. de cleri. excom. minist. & gl. in. c. in quibusdam. in glo. fina. de pœn. inferior tamen nequit dispensare, nisi de eo caueatur. vt not. Iano. in. c. veniens. de eo qui fuit. ord. recept. quod intellige nisi ille habeat iurisdictionem episcopalem in loco. per gloss. in Clement. 2. de electio. tenet Abb. in. d. §. de adulterijs. nu. 5. permissa tamen dispensatio ne etiam inferior episcopo, habens iurisdictionem ordinariam, poterit eam facere per glo. not. in. c. licet canon. in gl. pen. de electio. lib. 6. ¶ Circa irregularitatem vero quæ contrahitur ex defectu natalium, dicendum quantum ad hoc ut ad ordines possit illegitimus promoueri, non tamen potest assumi ad prælaturam, vt in. c. 1. de fil. presbyte. Papa vero potest dispensare cum eo, quo ad omnia, episcopus vero tantum quo ad minores, & simplex beneficium. vt in. c. 1. de fil. presbyt. libr. 6. ¶ Ex hoc insertur quod etiam ad canonicatum in ecclesia Cathedrali poterit cum eo dispensare, quia textus in dict. c. generaliter loquitur de beneficio simplici. ita tenet Archidi. quem sequitur Dominic. in dict. c. 1. ¶ Aduerendum tamen, quod cum iste dispensationes sint odiose, & per consequens restringendæ, vt in dict. c. 1. & cap. 2. eod. titu. non amplius censetur in eis concessum, quam est expressum: vnde si dispensatur cum illegitimo ad ordines minores non potest ad sacros &c. & si ad episcopatum, non ad archiepiscopatum, per ea quæ not. glo. in. c. 1. de fil. presbyt. lib. 6: not. Docto. in. c. literas. eod. titu. ¶ Hinc est, quod si dispensatur cum laico, vt fiat clericus tantum ad minores ordines poterit promoueri, ex hac dispensatione, vt dicit glo. nota. quæ approbatur communiter per Docto. in dict. c. literas. ¶ Prædicta procedunt, quando sit habilitatio perviam dispensationis, si tamen fiat per modum legitimacionis, restituendo primis natalibus, facta simpliciter completeretur omnia ista. not. Abb. in c. cum

c. cum Vitonen. col. 3. nu. 8. de electio. vbi bene distingit. Ad quod optimum facit quod not. Bartoli. in. l. 2. ff. de vulga. & pupil. Salyc. in authen. item si quis. C. de natu. liber. & Abb. in dict. c. cum Vitonen. de elect. vbi dicit. quod legitimatio itio ex toto restituit natalibus primis, & dat legitimato omnia iura legitimi. Ista tamen restitutio non potest fieri, si quis est illegitimus, quia natus ex matrimonio diuina lege prohibitum. secundum Ioan. Andr. & doct. in. c. per venerabilem. qui filii sunt legit. Item aduertendum, quod per subsequebus in matrimonium legitimantur illegitimi. vt in. c. tanta. qui filii sunt legit. quo ad omnia, scilicet, honores, & ordines, quod procedit dummodo, cum illa ex qua fuit habitus talis filius illegitimus, potuerit esse matrimonium contractum per illum patrem illegitimum, tempore conceptionis. vt est text. in dict. c. tanta. tenet Abb. in. c. i. notuit. de elect. ¶ Quod procedit etiam, si instrumenta dotalia in tali contractu matrimonij non interfuerint. vt in. c. 1. qui filii sunt legit. Nec etiam requiritur, quod ex coeubis inter recta in domo fuerit genitus, vt est tex. iunct. glo. in dict. c. i. notuit. de elect. & ibi tenet Abb.

A D D I T I O.

De hac legitimatione, quæ per subsequens matrimonium sit, omnino est videndus Doct. Hispanus Didac. Co uarruias in epitom. super 4. decreta. in. 2. par. c. 8. §. secundo. vbi flores oderferas (vt ita dixerim) omnium modernorum usque ad hanc tempora studiosissime recollecti.

Circa illum vero qui patitur defectum in membris, si esset corpore vitiatus. Quero quis posset dispensare? Dicendum quod quantum ad beneficium solus Papa, ita determinat Innocen. in. c. 1. de corpore vitiis. ad quod sicut ille text. tenet Franc. in cap. significa ut. eod. titul. ¶ Circa illum qui patitur defectum in ætate

M quis

quis possit dispensare. Dicendum quod quantum ad beneficium solus Papa, ut notat gl. in c. cum dilectus. de electio. quantum ad omnes etiam idem est dicendum, ut tenet glos. in Clemens generalem. de ætate. & qual. ¶ Circa bigamum vero glo. tangit questionem. in c. 2. de biga. & finaliter videtur concludere, quod Papa possit dispensare in minoribus ordinibus & non in sacris. sed Innoc. ibi sentit, quod Papa indistincte possit. Nam bigamus prohibetur promoueri, ex sententia Pauli apostoli. Papa vero in administratione maior est Paulo, cum sit successor apostolorum, ita latius tenetibi Francisc. ¶ Episcopus vero cum bigamo etiam in minoribus ordinibus nequit dispensare, pro quo est tex. & ibi tenet Domini. in c. non confidat, 50. distin. ¶ Circa irregularitatem vero propter lepram. Dicendum quod soli Papæ est permissa dispensatio: cum alijs hoc non reperiatur permisum, atreptius vero, vel morbo caduco grauatus per solum Papam poterit dispensari ad ordines, non tamen per inferiores, cum non reperitur hoc eis permisum. ¶ Sed querero circa irregularitatem, quæ prouenit ex infamia luxuris. Dicendum quod episcopus non potest in ea dispensare, nisi in casu, quo potest infamia. Eo enim casu poterit, nam seblata infamia tollitur irregularitas, tanquam eius sequela. Vnde considerandum, quod episcopus directe non potest tollere infamiam, quia est reseruatum principi, indirecte tamen potest in criminibus, in quibus potest dispensare. ita not. gloss. in c. Euthemium. verb. infamiam. 2. quest. 3. & Abb. in cap. cum te. de re iudi. Intelligo tamen quod sic accessoriè tollat irregularitatem cum infamia, incipiendo dispensationem à delicto: non tamen posset directe & principale tollere irregularitatem, ad quod optimè facit, quod not. Domin. in c. non confidat, 50. distin. vt tamen infamia facti promoueatur, non credo quod episcopus possit dispensari. Cum sibi non reperiatur permisum, ad quod,

quod facit quod notat Domini. in dict. cap. non confidat. ¶ Circa illum vero qui contraxit in sacris constitutus matrimonium, quis possit dispensare? Dicendum, quod si fille contritus est, vel ingressus religionem, episcopus cum eo potest dispensare, alias autem non, ita probatur in c. 1. & 2. qui cleric. vel youen. & Abb. in dict. c. secundo. Ordinarius vero sine licentia sui episcopi, ex dispensatione poterit in susceptis ordinibus ministrare pro quo est text. in cap. Lugdunensis. 9. quest. 2. & glos. in c. significasti. de offic. archidia. ¶ Circa illum vero qui cum non esset ordinatus. Quæro quis possit dispensare? dicendum quod circa beneficium, episcopus dispensare poterit, & ut ministret in suscepto. Vt tamen ascendat ad maiores ordines, solus Papa dispensat, ita probat text. in c. secundo. & ibi Abb. de cleri. non ordina. ministran. ¶ Circa illum vero qui non habet scientiam competentem. Dicendum, quod aut dignitas est tanta, quod non est tolerabilis. Et tunc etiam Papa non potest dispensare, ut quia esset maximū peccatum. ¶ Ex quo etiam sequitur quod etiam suæ dispensationi vel mandato, index non esset in hoc parendū, per ea quæ not. Ioan. And. & Abb. in c. cum adeo. & in c. si quando. de rescript. Aut dignitas non est tanta, & tunc Papa indistincte poterit, cum supra ius positivum omnia possit. c. proposuit. de concessi. præbend. Episcopus tamen non potest, imo tales ordinans est puniendus. vt est optimus tex. in c. quando episcopus. 24. distin. Nisi esset spes quod iste adiseret. ita notat Hostiens. in c. cum incunctis. de electione. & Vincent. in c. illiteratos. 36. distinct. Item si esset alias nimium proficuus ecclesiaz, ordinari posset argum. cap. queris. de ætate & qualita. ita tenet Hostiens. in dict. c. cum incunctis, prædicta procedunt respectu ordinandorum. Dicendum tamen est, quod dispensat ep̄s cū idiora, iam ordinato, vt non deponatur, sed doceatur, vt in capitulo

sedulo.& in.c.nullus.38.distinct.& cap.placuit.10. quæst.
1. ita determinat Specul.titu.de dispensatio. §.nunc de episcoporum. versic.27.cum idiora. ¶ Cum ordinato vero extratempora nebula,solus Papa dispensat.vt est text.in.c.literas.de temporib.ordini. Vnum tamen in dispensationibus huiusmodi est attendendum,quod cum religioso, fauore religionis facilius dispensatur. vt in.c.27 qui cleri. vel vounen. & in.c.secundo. de apost.a.ad quod facit optimus text.in.cap.legi.circa fin.16.quæst.1. Item est aliud notandum, quod illis casibus quibus permititur episcopo dispenseare cum irregulari, non poterit hoc facere,his qui eum ordinauit, vel beneficium ei contulit, curti in hoc deliquerit, & ex hoc debet eti puniri. Itatenet Abb.in cap.fin.de purga.cano.ad quod posset allegari gloss. in cap.præsentium. 1.quæst.5.quod valet ad multa. Item est aliud considerandum, quod per potestatem datam de absoluendo, non poterit cum huiusmodi irregularibus dispensari, ita not. Domin.in.c.miror.50.distin.ad quod facit quod not. Archidiac.& Hugu.item facit c.cum illorum.de senten.excom. vbi text.dicit quod plus se habet dispensatio,ouam absolucionis. ¶ Ex quo infertur, quod cum per has indulgentias, quæ à sede Apostolica quotidie conferuntur, tantum detur potestas absoluendi, non poterit vigore illarum dispensari, cum huiusmodi irregulari, vel alijs, & hæc nota, per quæ fit finis huius tractatus.

A D D I T I O.

Casus 163.in quibus episcopus dispensat scribit Guilielm.in Specul.titul.de dispensatio. §.nunc de episcoporum dispensatione,171.ponit Ioan.Selua de boneficio. in 4.part.quæst.7.bona glo.in.c.requiritis. §.nisi rigor. 1.q.7. vbi ponit de dispensatione episcopori, & quid sit dispensatio,& quod quando decoloraretur status ecclesiæ in his etiam quæ juris positivi sunt non est dispensandum. text. est in

est in cap.& si illa.1.quæst.7.Abb.in capit.cum olim.fina. verb.de clericis coniuga. Et 157 casus in quibus dispensat episcopus ponit Ioan.Rande.in tract.de dispensatio. §.primo cum ordinato extra tempora. 172.ponit Bertachi. de episcopis quæst.49.in.2.parte,quarti libri.num.107.fol.43. in lib.4.diuersi doctorum.& ibi fol.45.col.3. nu.14. ponit 4. casus in quibus episcopus non dispensat. Et plures per Sylvest.verb.dispensatio.versi. decimo quæritur. & casus quinquaginta in quibus solus Papa dispensat per Diuum Antoni.in.3.part.titu.22.cap.7. vbi inuenies plures in hac materia irregularitatis, reseruati Romano presuli. ¶ Et plures irregularitates, quæ non ita communiter contingunt. congerit prædictus Diuus Antoninus in dict.3.part.tit.28. cap.6.& Summissæ verb.irregularitas. & quæ in hac materia ponit Nicolatus Plouius per regulas in suo tract.de irregularitate, quem inuenies in.9.vol.tractatum, vbi de hac materia licet videre. Latissimè per Præposit. Alex. in cap.si quis episcopus.cum seq. cap.11. quæst.3. vbi plures quæstiones differit in hac irregularitatis materia Cardin. Zabarel.in cap.nisi.§.personæ.de renuntiatio.Optimè per Domini.in cap.hinc etenim.49.distin.col.2. & Archidia. in dict.c.si quis.11.quæst.3. ¶ Cum necessariam fore existimemus scientiam casuum,in quibus iure inducitur irregularitas illi qui clericos audit,vt post alios docet Do. præceptor Doctor Marti. Nauar. olim Cathedram primariam in Gymnasio Salmantino legens iure proprio in cap.1. §. caueat.de poen. dist.6.nu.25. Ideo hæc annotanda curaui. Cum celeriter sit obuiandum criminibus, vt est text. in.c.ad hæc vbi Cardin.Zabarel.col.1.not.3.derescri. ad id citans Cicero.6. Philippica, omne malum(inquietis) na-scens facile opprimitur, inueteratum plerunque fit robustius. Ouidius in epistolis, Flamma recens parua spersa se fudit aqua. Hierony. ad Eustochium de virginitate seruan-

da, dum parvus est hostis intersticie nequitia elidatur in semine & de spirituali hoste loquitur quod patet quia presumisit, non sinas cogitationes crescere. vide de homine perfecto Bernard. quia si quis incidit in irregularitatem oportet cognoscere se esse irregularem ne incidat in maiorem vinculum durante irregularitate celebrando, vel quid in ordine sibi prohibito exercendo , vt satis edocet iste tractatus, quod à principio facilimè remediū queritur, & plura peccata evitantur, alias quidem si cæci peccasti cæci ibitis ad inferos cum ignorantia iuris neminem excusat, ignorantia enim iuris positivi non excusat sacerdotes qui debent esse periti. 1. quæstione quarta. §. notandum. 16. quæstione prima. capit. si cupis. 37. distin. §. vt itaque. 39. distin. Petrus tenet in expresso Cardi. Zabarel. in capit. super literis. colum. 3. op. 1. de rescript.

Quero an occultum delictum irroget irregularitatem gloss. tenet quod non in capit. erubescant impij. distin. 32. per capit. vlti. de tempor. ordin. nisi in homicidio , & simonia in ordine. 1. quæstione. 1. reperiuntur. Quæritur quidam de populo interdicto ingressus est monasterium an ante vel post professionem possit licite ad ordines promoueri, & diuinis officijs interesse interdicto generaliter, vel specialiter non relaxato : & dic quod potest, quia iudicatur persona ecclesiastica, vt per plura probat Federi. de Senis in consil. seu quæstione 32. ¶ Et quid de illo qui ad diuina recepit aliquos interdictos alijs circa obseruationem interdicti seruatis vtrum sit irregularis. vid. optimè per Federic. de Senis in consil. 70. incipien. reuerendæ dominæ vicariz. ¶ Quæritur prælatus petens, quod rex faciat iustiam de malefactoribus an sit irregularis, & debet abstinere ab executione, vid. AEgidium de Bellamera in consil. 14. in princip. ver sic. tertio inducit. ¶ Vide Dominic. consil. 133. incipien. istud dubium tangit Archidiac.

Irregu-

Irregularitas in clericis etiam contrahitur, si clericus compulit aliquem ad furandum, vel induxit eum ad hoc , & iste delinquens est postea suspensus : clericus enim ex tali suspensione remanet irregularis. ita Bald. in. l. si hæres ho. §. item si seruum. ff. de legat. primo. bonus text. in cap. de cætero. de homicid. vbi causam præstans homicidio efficitur irregularis. ¶ Quæritur, clericus fuit Iesus, & damnificatus à Tito, ipsum accusauit civiliter ad emendā damni cum protestatiōe , an efficiatur irregularis si ex tali accusatione fuit truncatus vel occisus per iudicem iustitia hoc exigente, dico quod non si ita gelit in corde prout ex presbit ore vel libello, fecis tamē si illum accusaret criminaliter ad vindictam, nam licet præcederet protestatio tanquam contraria factō illi non prodest immo morte vel truncatione accusati sequuta efficitur irregularis. rex. est qui ita deber intelligi in. c. 2. de homi. lib. 6. ex mente Anchæ. ibi. Sed quero eo casu quo aliquem accusauit sine protestatione iam quod efficiatur irregularis secuta morte vel mutilatione peccet latet venialiter. Quæstio est dubia in primis videtur q̄ efficiatur irregularis sine dubio , & q̄ peccet, nam est contra prohibitionem c. ne sententiam. ne cle. vel mo. prout diximus supra cap. 6. nu. 48. Ergo idem hic dicendum erit, argum. text. in. c. 2. cum simili. de maiori. & obedi. sed hic non est præceptum, sed decentia quia indecens est, q̄ seruus Christi accusat alium criminaliter, & sic habuit originem à iure positivo & non à diuino , vt à nobis probatum est , præterea est poena irregularitatis, & ideo sola sufficit sine eo q̄ peccet, nam q̄n est poena in constitutiōe si nō constat de eius mēte cōtra veniēs cū in illa puniāt puniri ve posse nō peccat ex cōtrautiōe. vi. tex. in. c. pen. de ho. lib. 6. & Abb. & Feli. c. postulaisti. de hom. Marian. c. ad audiētiā. q. 51. eo. tit. Doctor à Flechilla in hac quæstione dixit q̄ clericus accusando criminaliter q̄ peccet mor-

M. 4 taliter

taliter ea ratione, quia venit contra præceptum concilij in quo cautū est, q[uod] clericus non exercitet vindictā sanguinis nec inter sit vbi vindictā sanguinis exercitatur, sed ille accusando est huiusmodi igitur peccat mortaliter, ita se su-

Dubium scripsit prædictus Doctor de Flechilla. ¶ Si causam suam de eudē re, vel suorū proprio sic dolore tactus & ira nō ex proposito proponeret suā accusationem sine protestatione: imo exp̄res ē ad vindictā sanguinis, an peccaret dubito. ¶ Et quōd peccet accusans aliquem, quia venit cōtra prohibitionem, tenet Villadiego de irregularitate, c. 6. no. 48. vbi inquit, q[uod] clericus nō habens iurisdictionē p̄sentiā suam adhibens mutilationi seu occisioni peccat grauiter, habens tamen iurisdictionem vna cum peccato efficitur irregularis, ergo à fortiori in nostro casu cū vindictā sanguinis & eius execu-
tio si clericis prohibita, etiam in casu licto, vt patet Ioan. 18. Dixit ergo Iesus Petro, mitte gladium tuum in vaginā, calicem quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum? quasi dicat non occidas vel truncas aliquem, quia esset inducere impedimentum sacrificij quod quotidie à te & ab alijs in altare in memoriam m̄x passionis debetis facere, & sic cum interrogatiū ibi prohibuit, fuit visus inducere Petro & successoribus præceptū ne funderent sanguinem quod est intelligendū secundū iura canonica, & verè ista accusatio criminalis non est sine culpa, nam dictum est à Christo, cuius vita debet esse nostra instructio Lucæ 23. Pater, dimitte illis non enim sciunt quid faciunt, facit etiā nam non seruans formam statuti peccat mortaliter, vt probat Boeri. quæst. 1. no. 73. & accusans aliquem criminaliter vel ciuiliter sine protestatione est huiusmodi igitur, &c. ¶ Præterea clericis non licet occidere peccatores: quanuis hoc esset licitum sacerdotibus legis, vt patet per S. Thom. 2. 1. quæst. 64. arti. 4. ¶ Confirmatur, quod etiam non pos- test iustè cogi, vt sit testis in causa sanguinis, quia non con- uenit

uenit ei cooperari occasiōne ad hominis occisionem, sc̄cundū eund. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 1. ¶ Præterea clerici ab accusatione abstinere debent, quia non sit sine culpa, vt dicit glossa. si quis episcopus. Archidiaconus. 2. q. 17. vbi videlicet. &c. ¶ Præterea clerici non debent esse vltō res proprię iniurię cap. seditionarios. 46. dist. gl. in. c. & qui emendat. 45. dist. ergo tum sic cōtra eius officiū quicquid acciderit inducit peccatum, & efficitur irregularis. ¶ Præterea omne peccatum est deuiaſio ab aliqua lege naturali vel diuina, vel humana recte posita. Vnde Ambrosi. dicit quod peccatum est dictum, concupitum, vel factum contra legem quæcunque autem lex loquitur, his qui sub lege sunt loquitur, vt dicitur ad Rom. 3. sed omnis homo faciēs cōtra legem cui subiectus est peccat, & omnis clericus est legi Papæ subiectus cui est cautū, quod aliquem nō accuseret criminaliter ergo contra hoc faciendo peccat mortaliter, & efficit irregularis, quia huiusmodi accusatio est clericis prohibita, vt prænotatū est. ¶ Præterea transgrediens præcepta contēnendo legislatorem, vel sic, quod impediatur finis quem intendit peccat mortaliter, non autem si ex rationabili causa, præcipue in casu in quo legislator decerneret non esse seruandū secundū Thom. 2. 2. q. 147. art. 3. ad secundū. Sed accusator clericus modo prædicto est homicidio ergo irregularis & peccat mortaliter transgressio legis quando obliger ad mortale omnino per Adrianum quæſtione sexta. quodlibet. ¶ Quæritur etiam an irregularares, vt mutilati bigami, vel alias non ratione criminalis admittantur in testimonium contra clericos. glossa. est in sum. secunda quæſtio. tertia. quod in criminali causa non sint admittendi ad idem est sententia Abb. antiqui cōmu- muniter recepta in capit. primo. de exceptio. dicentis vi- tiatum corpore in criminalibus aduersus clericum non fo- re admittendum in testem: quam sequitur Hippolyt. in

praxi causa crimina. s. non videndum. nume. 52. & in singula. 379. quo l. videtur nimis dura sententia. idem tenet Bald. in sua marga. verbo, mutilati. ¶ Deinde dubitatur an clericus possit cogi ferre testimonium in causa criminali coram iudice laico: Guido Papa tener quod de licencia superioris poterit, videlicet sui episcopi si sit clericus secularis vel Vicarij sive regularis vel abbatis si sit monachus, ita tener in decisio. Dalphina. quæst. 65. incipi. licet de iure clericus: tamen contrarium tenet Goffred. in summa de testib. cogen. & Innocent. in capit. dilectorum. eod. tit. tenet Thom. secunda secundæ. quæstionis. 70. artic. primo. Et additio ad Guidonem vñ supra. Referens Ioad. Andr. in nouella in dict. dilectorum ad finem. quærens quid de laico, qui aspirat ad clericatum idcirco in causa sanguinis deponere recusat, dicit enim fore honestum ipsum non cogi etiam in foro ciuili, quin etiam non posset, quæ sententia firmari posset ex alia quæ in simili adduxi supra in capit. sexto. numero. 90. id etiam comprobatur ex l. penult. ff. de milita. testa. & ex philoso. inquiete quod parum distractare quod quasi minimè distare videtur. ¶ Quæritur an falsificans literas Summi Pontificis, vel impetrantes falsas literas & defensores, & fautores sint irregulares: dic quod sic cap. ad falsariorum ibi omnibus officijs & beneficijs ecclesiasticis sint priuati, de quo text. per Caietan. in sum. verb. excommunicatio. c. 27. vbi in fine inquit: aduerte quod vt refert S. Antoninus archiep. Florentinus in 3. parte, ex Hostien. literis domini Papæ nec in magno, nec in modico quis manum apponere potest, etiam literam vel punctum corrigendo: & tales sunt falsarij Felic. c. 2. col. 2. versi. Stylus. de descr. Gomezi. in tract. breuium. num. 6. ita quod ipso facto excommunicationis sententiam incurrit, reseruatam sedi Apostolicæ, exceptis officialibus quibus hoc competit, sed videtur dicendum si in una litera quis

emend-

Secundò quæro, vnde dicatur hæresis. Ad quod dicendum secundum Isidorū q̄ hæresis est nomen Græcū:& idem quod diuisionem importat: vnde & hæretica diuisua dicuntur. Hieron.tamen in epist.ad Galat.& habetur translumptiuē 24.q.3.hæresis.dicit, q̄ hæresis Græcē ab electione dicitur, q̄ scilicet eam sibi quisquā eligat disciplinā quā putat esse meliorem:& vtrumq; istorū dicitur cōuenienter. Ex hoc enim quis efficitur hæreticus, q̄ eligit singularē opinionē tenere, diuisam & distinctam a cōmuni ecclesiæ catholicę dogmate, & determinatione. Vnde si quis nunquā fuisset in unitate ecclesiæ, vt potè Iudæus vel Sarracenus: etiam si teneat contraria fidei nostri, non est iudicandus hæreticus: non enim potest dici diuisus ab unitate ecclesiæ: qui nunquam in ea fuit. vt dicit glo.in Clem.vnica. de usur. Similiter etiam si quis catholicus teneret contrarium aliquid fidei, non tamen eligens, sed per errorem credens, illud etiā per catholicā ecclesiā tenere, paratus corrigi vbi in errorem se lapsus cognosceret nō esset hæreticus. Pro quo est optimus textus. 24.q.3.dixit Apostolus, ibi cum dicit. Sed qui sententiam suam quanvis falsam atq; peruersam: nulla pertinaci obstinatione defendunt: præsertim quam non audacia sive præsumptionis pepererint: sed à seductis atq; in errorem lapsis parentibus acceperunt: querunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenient: nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Compe-

ti

Tract.contra hæret.prauit.

7

tit autem & Latinè hoc nomen eidem. Nam potest dici hæresis ab hærendo: quia sive opinioni vehementer in hæret per electionem: vt p̄diximus: & ex p̄dictis iustificari potest: quod not. Innoc. de summa Trinit. cap. firmiter dicens, quod si aliquis habet fidem catholicam implique: quia credit quicquid ecclesia credit, sed falso opinatur naturalisatione motus: quod pater maior vel prior sit filio, vel quod tres personæ sunt tres res à se inuicem distinctæ & separatae, & distantes, quod non est hæreticus, dum modo hunc errorem suum non defendat, & hoc ipsum credit: quia credit sic ecclesiam credere, & suam opinionem fidei ecclesiæ supponit paratus se submittere iudicio ecclesiæ, vbi ecclesiam sciret contrarium sentire. Hæresis enim requirit pertinaciam, vt de summa Trinit. Clem. vni ca. §. porrò. & dicta Clem. vnica. §. p̄hul. de usur. Licet tamen ego excusarem huiusmodi hominem ab hæresi non tamen excusarem illum à peccato si errauit in his, quæ scire tenebatur de pertinentibus ad fidem. De quibus per Sanctum Thomam. 2.2. quæstione. 2. artic. 5. quia & ipsa ignorantia est peccatum in hi, quæ scire quis tenetur. 38. dist. qui ea. & per Philosophum. 3. Ethicor. & per Magistrum. 2. Senten. distin. 22.

Q V Æ S T I O III.



ER TIO quæro: an schismatici sint iudicandi hæretici. Ad quod respondet Hier. in epist. ad Galat. & habetur translumptiuē. 24. q. 3. q̄ inter hæresim & schisma hoc interest quod hæresis peruersum dogma habeat. Schisma vero post episcopalem discessionem ab ecclesia separat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest diuersum. Ceterum nullum schisma est, nisi sibi aliquam hæresim confingat, vt recte ab ecclesia recessisse videatur. Et ad clarior-

p 4 rem

rem intellectum huiusmodi considera, quod hæresis & schisma distinguuntur secundum ea, quibus utrumque per se directe opponitur. Nam hæresis per se opponitur fidei. Schisma autem opponitur unitati ecclesiasticae charitatis. Et ideo sicut fides & charitas sunt diuersæ virtutes quanvis quicunque fide careat charitate. Ita etiam schisma & hæresis sunt diuersa via quanvis quicunque est hæreticus, sit etiam schismaticus, sed non conuertitur. Verum est tamen, quod sicut amissio charitatis est via ad amittendum fidei, iuxta illud. 1. Timoth. A quibus quidam aberrantes scilicet à charitate & alijs huiusmodi conuersi sunt in vaniloquium, &c. Ita etiam schisma est via ad hæresim. Et sic innuit Hieron. in autoritate præinducta. ita declarat S. Tho. 2.2. q.39. art.1. & propter hoc dicit glo. 24. q.1. didicimus. quod schisma inueteratum sapit hæresim: quasi ve lit quod si non esset hæreticus, non perduraret tandem in schismate. Ex quibus infertur, quod si quis recederet ab obedientia Papæ qui vices Christi teneri est caput ecclesiæ, nolens superbè & contumaciter & in contemptum ei subjici esset schismaticus tantum. Vbi tamen ideo recederet ab ipsius obedientia, quia crederet quod ille non habet potestatem condendi canones aut quod potestas suprema ecclesiæ non residet penes ipsum tanquam qui vicem gerit eius qui est caput ecclesiæ, qui est Christus. Iuxta illud Apostoliad Coloss. 2. & ad Ephes. 1. Qui dedit ipsum caput supra omnem ecclesiam. Iste hæreticus iudicandus foret, ut dicit glo. 19. dist. c. nulli. & in. c. generali. de elect. lib. 6.

Q V A E S T I O I I I I .

Q UARTO quæro. Quot sunt species hæresis. Hoc determinat Isidorus. 8. lib. Ethic. c. 5. & habetur transsumptiuè. 24. quæst. 3. c. quidam. vbi multæ

multæ enumerantur quibus sic enumeratis magister Gratianus subinfert aliam hæresim dicens. Sed quicunque alter scriptam scripturam intelligit quam sensus. Spiritus sancti flagitat, à quo scripta est: licet de ecclesia non recesserit tamen hereticus iudicari potest. Et habuit hoc à Hieronymo, ut supra diximus in primo membro. Et intellige. quod ille dicitur aliter exponere sanctam scripturam quam Spiritus sanctus flagitat qui ad hoc sanctam scripturam retorquet quod contrariatur ei quod per Spiritum sanctum est reuelatum. Ita dicit S. Thom. 2.2. quæst. 11. art. 2. Ex quo sequitur quod si quis daret aliquem intellectum Sacre scripturæ qui non esset contra veritatem reuelatam per Spiritum sanctum, sed præter illam non ad corruptionem fidei, sed ædificationem fidelium, non esset hæreticus iudicandus. Et hoc satis aperte innuit Gregorius super Ezechiele, ut pater in autoritate inducta supra in primo membro. Augustinus etiam in lib. de hæresibus commemorat aliquos catholicos tractatores, qui de hæresibus scriperunt diuer-
sas earum species enumerantes, ipse etiam ibidem nomina tim plures exprimit. Inter omnes autem hæreses post Christi aduentum prima fuit illa, quam quidam discipuli incurrerunt de sacramento altaris: de qua scribitur Ioann. 6. Cum enim Christus prædictisset. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, & subiunxit quædam alia iuxta hoc illi perdit homines dixerunt. Durus est hic sermo, & quis poterit eum audire, & ex illa die abierunt retro. Et ut dicit ibi Nicolaus. Non est intelligendū hoc de duodecim apostolis, vel de septuaginta duobus discipulis, quia illi Christo adhaserunt, secundum quod patet ex discurso euangeliorum, sed multi alii sequebantur ipsum ad audiendum eius doctrinā, & de istis multi retrocesserunt, & quædam fuerit prima hæresis patet de consec. dist. 2. prima hæresis. Et a 5 postquam.

postquam illi sancti patres de quibus prædiximus prædictas hæreses conscriperunt, multe aliae subortæ sunt nouiter & dietim suboriuntur. Et iuxta verbum Salvatoris nostri, de quo in primo themate præmisimus: quo magis finis seculi appropinquat, eo magis hæreses subcrescent, quod partim ex prælatorum negligentia prouenire cōspicuum est. Dormientibus enim hominibus (vt Salvator inquit) inimicus homo superseminauit zizania. Ex alio etiā hoc prouenit, quoniam post illa tempora quo illi Sancti Doctores scripserunt multi articuli fuerunt per ecclesiam determinati q̄ sint contra fidem. Vnde si quis modo pertinaciter contrarium affirmaret hæreticus censeretur, quod minime contegisset ante determinationem ecclesiæ, vt dicit S. Tho. 1. p. q. 32. art. 4. & prodest scire huiusmodi hæresum species vt ex illis possit cognosci quid sit hæreticus, vel quid faciat hæreticum: de quo in primo dubio tactum est, quod non sine difficultate cognoscitur in aliquibus articulis, vt dicit August. in lib. de hæresib. Illud tamen indubitate existat q̄ cum malum infiniti sit, vt Pithagorici dicunt, teste Philosopho. 2. Ethic. & per consequens infiniti errores possent occurrere contra fidem, cōsequenter possent hæreses in infinitum multiplicari. ¶ Sed iuxta prædicta quæreret aliquis curiosus de schola eorum qui volunt sapere plus quam oportet sapere contra doctrinam Apostoli. Cur Deus permittat tot hæreses esse totque eorum sectatores in inferno demergi? Ad hoc respondet August. & habetur in cap. fin. 24. quæst. 3. Ideo diuina prouidentia multis diuersi erroris hæreticos esse permittit vt cum interrogant nos ea quæ nescimus sic discutiamus pigritiam & diuinæscripturas cupiamus. Ideo enim Apostolus ait. Oportet hæreses esse vt qui probati sunt manifesti fiant. Hi enim Deo probati sunt qui bene possunt docere. Et quamquam iste intellectus Augustini sit bonus ad illam autoritatem Apostoli

Apostoli

Apostoli, superficies tamen literæ magis capit hunc sensum: vt ideo Deus permittat hæreses esse vt constatia fidelium cōprobetur, sed virumq; rectè dictum stat. Vel dicas q̄ ista quæ in secretis Dei consistunt nō sunt à nobis inquira renda, iuxta illud Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris, & fortioritate ne scrutatus fueris, & in pluribus operibus eius ne fuoris curiosus. Et postea subditur. Multos enim subplantavit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus eorum. Et Eccl. 7. Quid necesse est homini maiora se querere, cū ignoret quid conducat sibi in vita sua? Et post pauca. Neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas. Habemus etiam exemplum Apostoli, qui cum de prædestinatione verba ageret & peruenisset ad illud: quare quosdam eligat; alios autem reprobet, iuxta illud. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Sapientissime intulit. O altitudo dicitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et de eodem August. super Ioann. in illo verbo. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Dicit, quare hunc trahat, & quare illum non trahat noli inuestigare si non vis errare. Per idem respondet Magister. 2. Senten. distin. 23. his qui quærunt, Cur Deus permisit primum hominem peccare cum posset eius voluntatem vertere in bonum? quia omnipotens est. Posset inquit ille reuega, cur non fecit? quia noluit. Cur noluit? ipse nouit. Non debemus plus sapere quam oportet sapere: hoc vnum in huiusmodi debet nobis abundè sufficere, quod vt dicit August. in Enchiridion. Deus omnipotens cui rerum est summa potestas cum summe bonus sit nullo modo fineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens, & bonus, & bene faceret etiam de malo. Quomodo autem illud intelligatur, & quare ex malis Deus eliciat bona latissimè profe-

prof: quitur Magister. . Sent.d.46. & per prædicta etiam
sufficienter respondetur ad id quod multi perunt. Quare
Deus permittat legem Mahometi in tantum præualere.

Q VÆ S T I O V.

 VINTO quæro de comparatione hæreticorum ad alios infideles & infidelium inter se inuicem. Ad quod dicendum secundum S. Thom.2.2.questio.10.articulo.6.quod in infidelitate duo possunt considerari , quorum unum est comparatio eius ad fidem , & ex hac parte grauius peccat contra fidem qui renititur fidei suscepτæ . Sicut grauius peccat qui non implet quod promisit , quam qui non implet quod nunquam promisit:& secundum hoc infidelitas hæreticorum qui profitentur fidem euangelijs , & ei renituntur eam corruptentes grauior est quam Iudæorum & aliorum infidelium qui nunquam fidem euangelijs suscepertunt. Sed quia Iudei suscepertunt figuram euangelijs in veteri lege quam male interpretantes corruptūt; ideo etiam eorum infidelitas est grauius peccatum quam infidelitas gentium qui nunquam fidem euangelijs suscepunt. Aliud quod in infidelitate consideratur est corruptio eorum quæ ad fidem pertinent. Et secundum hoc cum in pluribus errant Gentiles quam Iudei , & Iudei quam hæretici : grauior est infidelitas Gentilium quam Iudæorum , & Iudeorum quam hæreticorum , nisi forte quorundam putat Manichæorum qui etiam circa credibilia plus errant quam Gentiles. Harum tamen duarū grauitatum prima præponderat secundum quantum ad rationem culpe ex hoc quod renititur fidei quæ ex hoc quod non habetea quæ sunt fidei. Hoc enim ultimum videtur magis ad rationem poenæ pertinere. Vnde simpliciter loquendo , infidelitas

infidelitas hæreticorum est pessima. Si autem quæras ex quo inter infideles peiores sunt hæretici ut proxime diximus. Quid si cōparemus eos ad idololatras. Ad hoc dicendum secundum Thom.2.2.quest.94.art.3.quod gravitas alicuius peccati attendi potest duplicitate . Vno modo ex parte ipsius peccati:& sic peccatum idolatriæ est grauissimum. Sicut enim in terrena republica grauissimum esse videtur , quod aliquis honorem regium alteri impendat quam vero regi:quia quantum in se est totum reipublicæ perturbat ordinem. Ita in peccatis quæ contra Deum committuntur quæ tamen sunt maxima. grauissimum esse videtur quod aliquis honorem diuinum creaturem impendat;quia quatum in se est facilitum Deum in mundo minuens principatum diuinum. Alio modo potest attendi grauitas ipsius peccati ex parte ipsius peccatis: sicut dicitur grauius peccatum eius qui peccat scienter , quam eius qui peccat ignoranter :& secundum hoc nihil prohibet grauius peccare hæreticos qui scienter corruptunt fidem quam acceperunt,quā idololatras ignoranter peccantes. Et ex his tu clare poteris inferre quod cum isti hæretici qui nouiter in Hispania detecti sunt potius à potestate quam simplices hæretici sint iudicandi: cum non in parte tantum de fide Iesu Christi male sentiant: sed in totum eam abiectant ad legem Moysi iam diu sepultam reuersi: peiores quam alij hæretici sunt iudicandi: quia in pluribus,imo in totum aberrant. Vnde super illud Apostoli ad Galat.4. Quomodo conuertimini iterum ad egena & infirma elementa. dicit glo. Hier. Legis obseruantiæ cui tunc dediti erant? erat peccatum poenæ pars seruituti idolorum cui ante conuersionem vacauerant. & sic apparet quod est crimen poenæ, pars idolatriæ: & nendum propter atrocitatē delicti: quin etiam propter periculum prædicatoris deberent principes eos à suo confortio in totum expellere: præsertim ne participes

14. Gondifal.de Villadiego Hisp.

ticipes fierent consiliorum suorum: aut eorum quæ statū regium concernunt, quod apertè dicit Concil. Tolent. De quo habetur. 2. q. 7. non potest. cuius verba sunt. Nō potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis. Vnde subiungit de quibusdam Iudæis, qui dudum Christi facti fuerant & demum in Christi fide sunt prævaricati, ut à testimonio repellantur. Non est enim eis credendum qui fidei veritatem à se abiecerunt: & istud stat in aperto, qui enim fidem Christi suscepit ad quam strictissimè tenetur sefellit, quomodo fidem quam principi terreno debet firmā tenere poterit? Ad quod etiam facit quod scribiur Prover. 6. Homo apostata vir inutilis gradiens ore peruerso annuit oculisterit pede digito loquitur prauo corde machinatur malum & in omni tempore iurgia seminat. Habet etiā aliud malum huiusmodi apostata, quod qui iam incurrit vix potest ad bonum reparari, ut dicit Apostolus ad Hebreos. 6. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, & post pauca & prolapsi sunt, scilicet, per apostasiam rursus renouari ad pœnitentiam: & accipitur ibi impossibile pro difficulti. Hic est enim vñus modus impossibilitatis, ut habetur. 5. Metaph. quod potissimum in istis de quibus paulò ante præmissimus locum habet, qui à parentibus Iudæis perfidiam legis veteris cum sanguine trahunt. Et ex his inferri potest ad quæstionem quam posuit Odradus confi. 51. An Iudæus transiens ad sectam Sarraceno rum sit puniendus: & tandem post multa conclusit quod non, & inter cetera motiva sua est illud, quod deterior est infidelitas Iudæorum quam Sarracenorum, aut Gentilium, ut superius diximus. Pro quo etiam est text. apertus 1. quæst. 1. nonne. cum ergo de peiore transeat ad minus malam non est ob hoc puniendus. Ex quo etiam sequitur, quod isti apostatae qui in legem Iudæorum recidunt, peiores sunt quam si essent apostatae legem Sarracenorum ample-

Tract. contra hæret. prauit. 15

amplectentes, vel aliam huiusmodi. Vnum tamen non omittam, quod licet omnes infideles, tam Iudæi, quam alij sint mali & iniqui, utpote infideles, tolerantur tamen per Ecclesiam in infidelitate sua, ut vel sic tolerati finaliter conuertantur ad fidem, ut de multis iam vidimus. ut in capit. qui sincera. 45. dist. & capit. sicut Iudæi. de Iudæis. Magis tamen sunt tolerabiles ritus Iudæorum quam aliorum infidelium, licet Iudæi sint peiores, ut diximus. Cuius ratio est, quia cum in eis olim præfigurabatur veritas fidei quam tenemus, prouenit hoc bonum quod testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura repræsentatur nobis quod credimus, quod in alijs infidelibus non contingit. ut dicit Sanctus Thomas. 2. 2. quæstione. 10. articulo. 11. & hac consideratione licet iure non sit expressa iura prohibente Sarraceni publicè faciant ceremonias suas, inuocando publicè nomen Mahometi, vel similia faciendo. ut in Clem. vnica de Iudæis. Hoc tamen non reperitur prohibitum in Iudæis. & hoc tenent Matth. & dominus Cardin. & Ioan. de Imol. in dict. Clem.

Q V Æ S T I O VI.

SEXTO quæro, an hæretici sint tolerandi? Et distinguendum est, quia aut occurrit casus, in quo non possent puniri hæretici quin simul puniantur & boni, vel quia latent inter bonos, vel quia habent multos sequaces, ita quod sine catholicorum periculo interfici non possunt, & tali casu hæretici sunt tolerandi, & hoc apertè Dominus ostendit Matth. 13. vbi in parabola prohibuit colligi zizania, ne forte eradicantes zizania eradicarent simul & triticum. Quando vero ex occasione hæreticorum non imminet

minet periculum bonis, sed magistratula & salus tunc licet posse occidi. vt dicit August. contra Parmenianum. Sicut enim si saluti totius corporis humani expeditat præcilio alicuius membra: puta cum est putridum vel corruptuum aliorum membrorum laudabiliter & salubriter absconditur. Ita cum quælibet persona singularis comparetur ad totam communitatem, sicut pars ad totum. Si aliquis homo sit periculosus communitati, & corruptius ipsius propter aliquid peccatum laudabiliter & salubriter occiditur: vt bonum commune conseruetur, modicum enim fermentum totam massam corruptit. vt 1. ad Corinth. 5. Ad hæc aptari possunt, not. per D. Thom. 2.2. quæst. 64. artic. 2. & si hoc in alijs enormibus criminibus locum haber fortius in crimen hæresis, quod sua gravitate flagitiosissimum est: vt in præhabitibus patet eo maxime, quia iuxta Apostolum. 2. ad Timoth. 2. hæresis ut cancer dicitur serpere. Unde rescanda est à principio. Ne paulatim intima cordis corrodatur, & spiritualem vitam adimat: rescandæ siquidem sunt putridæ carnes & scabiosa ouis à caulis repellenda ne tota domus massa corpus ardeat corruptatur, putrefacta intereat. Arrius in Alexândria vna scintilla fuit: sed quoniam non statim oppressus est totum orbem eius flama est populata. 24. quæst. 3. rescandæ. Ioan. quoque Apostolus in canonica sua. Si quis, inquit, venit ad vos & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum nec ei dixeritis. Qui enim dicit illi, aue communicat operibus illius malis. Hæc Ioânes quæ de scismatis, siue hæreticis vitandis verbis docuit etiam factis exhibuit. Narrat enim de illo auditor eius vir sanctissimus Pollicarpus, quod tempore quodam cum apud Ephesum balneas lauandi gratia fuisset ingressus & vidisset ibi Cheritum exilij continuo & discessit non lotus dicens. Fugiamus hinc ne & ipsæ balnæ corruant, in quibus Cheritus lauatur

Iauatur inimicus veritatis, de quo est text. 24. q. 1. omnis qui. Adde pulchrum text. ea. causa & quæ. dignior. Vnde & si in alijs criminibus occultis teneatur quis crimen proximi celare propter charitatem. vt in c. si sacerdos. de offi. ordi. & i. q. 1. Christus. Hoc tamen fallit in crimen quod pertinet ad corruptionem communitatis spiritualem, vel corporalem. Hoc enim casu tenetur quis illud propalare testificando, vel denuntiando. vt dicit S. Thom. 2.2. q. 70. art. 1. Idem sentit Innoc. de testi. cogen. c. . & ponit exemplum in hæresi, quod vt patet ex premissis spirituale detimentum inferre communitati est aptissimum. Prodest etiam hæc punitio criminum reipublicæ, vt cæteri metu poenæ arceantur à similibus committendis. 23. q. 5. non est innocentia. de vit. & honest. cler. vt clericorum, & inde est quod ut magis ista in plurimorum exemplum veniat publicè debent malefactores puniri. I. capitalium. §. famosos. ff. de poeni. 7. q. 1. denique. versic. turibula quoqne.

Q V Æ S T I O V I I .

S EPTIMO quarto. Ad quem spectat iudicare de hæresi. In hoc distinguere in qua aut agitur de articulo nondum deciso per ecclesiam, aut de articulo iam deciso. ¶ Primo casu iudicium spectat ad Papam, vt probat text. 24. q. 1. quotiens. & cap. hæc est fides. & cap. 1. de iuram. calum. & cap. maiores. de bapt. quod etiam Sacra scripturæ autoritate ostenditur. Nam & Saluator Petro dixit: quem sum muni Pontificem constituit. Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, Lucæ. 22. Et ubi Christus discipulos interrogauerat. Vos autem quem me esse dicitis? Petrus respondit. Tu es Christus filius Dei viui. Matth. 16. Hoc etiam tenet S. Tho-

2.2.q.1.art.10. Et huius ratio est, quia vna fides debet esse totius ecclesiae, secundum illud. 1.ad Cor.1. Id ipsum dicit omnes, & non sint in vobis schismata, quod seruari non posset, nisi quaestio de fide exorta, determinaretur per eum, qui toti ecclesiae praest, ut sive eius sententia a tota ecclesia firmiter teneatur. Illud idem sequitur August. de anchora in summa sua de potestate ecclesiae quesit. 10.art.1. & hoc satis figuratum est Exod. 18.vbi dictum est Moysi qui fuit rector Iudeorum, sicut Papa rector est omnium Christianorum. Esto tu populo in his quae ad Deum pertinent ut ostendas ei ceremonias & ritum colendi Deum. Sicut ergo omnes questiones emergentes de lege & de cultu Dei, reseruabantur Moysi determinandas. Sic omnia quae sunt fidei Christianae spectant ad determinationem Papae. Vnde dicit Cyrillus in lib. thesau. Ut membra maneamus in capite in nostro apostolico throno Romano Pontifice maneamus, a quo nostrum est quererere, quid credere, quid tenere debeamus. Et Maximus in epistolâ orientalibus missa dicit. Omnes fines orbis terrae qui Dominum sincerè receperunt, & vbique terrarum catholicæ & apostolicæ fidei recipiunt veritatem, licet enim apud alios forte posse esse pendor scientia ad ista decidenda quam in Romanum Pontificem. Deest tamen eius potestas de his iudicandi & statuendi, quae in solo Romano Pontifice residet, ut prædictimus. Cautè tamen ageret Papa si cum de ipsis dubius articulus occurrit concilium generale faceret congregari, ut cù eius consilio decideret, quid esset tenendum & credendum. Si cut Apostoli fecerunt Actuum.c. 15. quando insurrexit heres illorum qui dicebant legem Moysi simul cum euangelio obseruandam. Conuerterunt enim Hierosolymis vide re de verbo hoc. Simile fuit in. c. firmiter. de sum. Trip. &c.

cap.

cap. damnamus. eod. tit. & c. vni co. eo. tit. l. 6. & Clem. vni ca. cod. tit. Et hoc idem in omnibus arduis consultè esset agendum. vt appareat. 50. di. de. eo. 96. di. bene quidē. 35. q. 5. ad sedem. 3. q. 9. q. quis. integrum est enim iudicium quod plurimorum sententijs confirmatur. de offi. deleg. prudentiam in prin. 20. di. de quibus. C. de fideicom. l. fin. Est enim tanta in hoc Papæ potestas, q. si possibile foret q. angelus de cælo aliquid contra fidem doceret aut sentiret, per Papam: iudicari & excommunicari posset, ut probatur ad Galat. 1. cap. Sed licet nos aut angelus de cælo euangelizauerit vobis, præter quam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Si tamen continget Papam errare in his quae sunt fidei, tunc damnari posset per Concilium generale. vt in. c. si Papa. 40. dist. cum glo. & per glo. 15. di. sicut. & 19. di. Anastasius & Innoc. in. c. ex parte. de verb. sign. & per Doct. in. c. in fidei fauorem. de haere. lib. 6. Nec per hoc dicimus inferiorem dicere ius in superiori, cum Papa sit maior Concilio generali. vt in. c. significasti. de elect. & c. alicrum. & c. nemo. 9. q. 3. quoniam cum Papa incurrit heresim definit esse Papa cum non sit de corpore ecclesiæ. pro quo est glo. 24. q. in acutius, ergo & multo minus potest dici gerere vices eius qui est caput ecclesiæ. Et hinc sententia generalis Concilij starî debet, ut potè quae veritatem continet indubitatem. Nam & si Papa possit errare in his quae sunt fidei. Nam & legimus aliquos Romanos Pontifices heresim incurrisse, ut patet in dicto. c. Anastasius. 19. dist. cap. nunc autem. 21. dist. Tamen Concilium generale in tangentibus fidem errare non potest, & de hoc verè intelligitur prædicta autoritas Lucæ. Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua. Dictum enim est ei in persona totius ecclesiae, cui etiam consonat illud verbum Salvatoris nostri Marc. 28. Ego enim vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi. Non siquidē tantū

b. 2 Petro

Petro nec duodecim apostolis dictum intelligitur cum morte finierint dies suos nec usque in finem seculi perseuerauerint, sed potius vniuersali ecclesiæ quæ in finem est duratura quæ in generali concilio repræsentatur, & tantæ autoritatis est concilij determinatio in huiusmodi quod euangelium illa nominatur, ut patet ad Galat. 2. quando Paulus dixit, quod Petrus non ambulabat ad veritatē euangelij. Id tamen in quo Paulus reprehendebat Petrum erat, quod ipse subtrahebat se à gentibus nolens manducare de cibis eorum, sed obseruabat ritus Iudæorum in cibis proprium morem Iudæorum qui superauerant à Hierosolymis: ~~hoc tamen non erat contra aliquod de quatuor euangelij~~, sed erat contra determinationem concilij generalis quod ab Apostolis fuerat celebratum super huiusmodi legibus non seruandis, Actuum. 15. Ad quod etiam ostendendum sola vniuersalis synodus loquitur sub nomine Spiritus sancti, ut ibi patet. Nam cum in eodem Concilio fieret dissensio dictum fuit. Placuit Spiritui sancto & nobis: & istis verbis postmodum usq; fuerunt generalia concilia quæ in ecclesia vniuersali fuerunt congregata, vbi ergo talis assessor accedit locus errandi non potest occurtere. Et si contrarium diceremus nil certū esset in fide. Vnusquisq; enim sequeretur opinionem suam & fluctuaremus omni vento doctrinæ sicut paruuli cōtra Apostolum ad Ephes. 4. vbi ait, Christus dedit in Ecclesia quoddam Apostolos, alios Prophetas, alios vero pastores & Doctores ad confirmationem sanctorum in edificationem corporis Christi donec occurramus omnes in unitatem fidei, & paulo post utriam non simus paruuli fluctuantes & circumferantur omnivento doctrinæ in nequitia & astutia hominū ad circumventionem erroris, quasi velit quod cum fuerimus in fide istorum qui fidem ecclesiæ repræsentant non fluctuabimus in doctrina fidei tanquam paruuli. Sed prædictis

dictis videtur obstat. c. tria. iuncto. c. placuit. 36. q. 2. & c. fin. de rap. vbi apparet quod illud quod circa matrimonium non contrahendum inter raptorem & raptam fuerat erro neè per concilium statutum fuit postea emendatum. Ad hoc tamen stat responso, quod illud non est de spectantibus ad fidem, in quibus obtinet quod prædictimus. Vel alter dicendum quod illud non fuerat erroneè statutum, licet esset contra testimonia veteris legis ut voluit gloss. & male in dict. c. tria. Nam cum illud esset præceptum iudiciale non obligabat in lege noua, sed fuit correctum; quia pro hoc tempore sic fuit visum legislatori, siue quia sibi placuit quod sufficit. vt. §. sed quod principi. instit. de iure natu. & per Philosophum. 5. Ethic. Hæc dixi submittens me determinationi sanctæ matris ecclesiæ. Aut quærimus circa ea quæ iam sunt per ecclesiam decisa, & tunc legatus sedis apostolicæ est competens iudex. vt. cap. vt commissi. de haeret. lib. 6. Item episcopus poterit iudicare de quæstione fidei & contra hereticos procedere, & etiam capitulum sede vacante in. c. ad abolendam. de haeret. in prin. & etiam inquisidores per sedem apostolicam deputati in. c. per hoc. & c. vt inquisitionis. de haeret. lib. 6. & clem. in eod. tit. Per hoc enim papa deputat inquisidores super haeretica prauitate non videtur facultatem super his procedendi ordinarijs tollere: vt in. d. c. per hoc. Ex quo infertur, quod per potestatem datam delegato ad vniuersitatem causarū non videtur, etiam in illis causis abdicata potestas ab ordinario. hoc colligit ex illo tex. iuncta glo. quæ vult quod inquisitor haereticæ prauitatis dicitur esse delegatus ad vniuersitatem causarum, ex quo habes optimam limitationem ad cap. studiisti. de offi. le. vt non habeat locum in delegato ad vniuersitatem causarū. pro quo est glo. in. d. c. per hoc. facit in simili quod not. Bar. in. l. C. de offi. prefect. vr. vbi tenet, p. licet in ciuitate fiat unus officialis super. dāmnis

datis vel superabundantia: non tamen propter hoc tollitur iurisdictio quam habet potestas qui habet vniuersalem iurisdictionem: pro quo bene facit text. in dict. l. 1. & in l. fin. iuncta glo. C. de iurisd. omn. iud. & glo. in. c. in Galliarum. 25. q. 2. Hoc tamen limita, verum esse quotiens vna iurisdictio subalternatur alteri, vt in exemplo praedicco. Si tamen ille specialis iudex esset superior generali vt putat iudex deputatus per statutum super causis appellationum & nullatum, tunc generalis iudex non se intromittit de speciali. Idem etiam si non se habet tanquam superior, sed tanquam differens specie, vt est iudex insinuationum. C. de testam. consulta diuinalia. ita determinat Bald. in. l. vnic. ff. de offic. consu. Poterit etiam cognoscere de crimine haeresis, delegatus ab episcopo deputatus, aut a capitulo, sede vacante. vt in Clem. in. §. 1. & in Clem. 2. de haere. Debet tamen talis inquisitor ac etiam delegatus annum quadragesimum attingere, vt est tex. in dicta Clem. 2. in princ. cum gloss. ex quo limitatur. cap. cum vicesimum de officiis deleg. Idem si sit delegatus a Papa cum text. dicta Clem. generaliter loquatur. ¶ Sed an inquisitor possit committere vices suas. Solutio glo. in dict. Clem. 2. arguit pro & contra. Finaliter tenet quod sic per illum text. & pertex. in Clem. 1. §. porr. eod. tit. & hanc opinionem tenent communiter Doctores. Sed dubium est de vicario generali episcopi, aut capituli sede vacante. & dicendum est secundum Lapum, & Ioan. de Imol. in dicta Clem. 1. de haere. Quod non poterit sine speciali commissione episcopi de hoc crimine cognoscere per tex. in. c. licet, de officiis vica. l. 6. Est autem talata istorum potestas quod contra quoscunq; etiam quantumcunque exemptos poterunt procedere, & eos de hoc crimine condemnare, non obstante quocunq; priuilegio exemptionis. vt in. c. ad abolendam. §. fin. de haere. Fallit tamen hoc in episcopis contra quos procedere non possunt

inqui-

inquisitores, nisi expressè hoc sibi committatur. vt in cap. inquisitores. eod. tit. li. 6. Debent tamen nuntiare Romano Pontifici si illi de hoc crimine infamati sive suspecti existant. vt dicit ibi tex. Crederem tamen quod vbi essent suspecti de fuga carcerari possebant ut ad Papam remitterentur. vt in. §. audient. in auth. de defenso. ciui. coll. 3. Ad quod faciunt not. per Bar. in. l. magistratibus. ff. de iuris. omn. iud. ¶ Sed quero iuxta hoc an ille text. procedat tantum in inquisitoribus, an etiam locum sibi vendicet in ordinariis de hoc crimen inquirentibus. Ego putarem quod tantum in inquisitoribus locum habeat, non enim debet extendi ad episcopum aut ad capitulum sede vacante, cum de ipsis non loquatur nec per hoc quod sint episcopi qui haeresim incurruunt effugiant iurisdictionem episcopi in cuius territorio delinquunt. pro quo est glo. in. c. ibi enim. 3. q. 6. & in c. 1. de rap. & per Inno. in. c. cum inferior. de maio. & obed. ¶ Ulterius iuxta idem queritur, an episcopus possit procedere contra inquisitorem, si haeresim incurrat. Lapis Abb. in. d. c. inquisitores. dicit, quod non durante officio nisi crime esset adeo notorium quod non requireretur causæ cognitio. de fil. presbyt. quoniam. Idem sequitur ibi Domi. haec opinio possit etiam iustificari per ea quæ not. Bar. in. l. fin. ff. de rer. diui. vbi tenet, quod si duo sint domini in solidum alicuius castri, & unus delinquat, non poterit puniri a con domino, quia non habet in eum iurisdictionem. Nam par in parem non habet imperium. de elect. in cap. innotuit. Sed hoc non obstante ego crederem indistinctè posse dici quod possit contra eum super huiusmodi crimine procedere cu istud sit delictum per quod perditur iurisdictione ipso iure. Pro quo faciunt not. in praedicta materia per Bart. in. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. omnium iud. in addit. & ponit exemplum in crimen læse maiestatis. C. de dignit. l. si gradatim, &c. l. quotiens, libro. 12. C. de offic. rect.

b 4 prouin.

prouin.l.2.vbividetur glo.eo etiam casu quo delinqueret in male procedendo in officio indubie posset eum punire cum ordinarius delegatum apostolicum male se gerentem in causa sibi commissa punire possit: sic tamen ut ex hoc iurisdictio eius non impediatur iuxta not.per Doct.in cap. fin.derescrip.& per Cyn.& legistas in auth.qua in prouincia. C.vbi de cri.agi.oportet. In processu autem super hoc crimine faciendo episcopi & inquisitores apostolicæ sedis habent exhortationem à iure in virtute sanctæ obediæ, sub interminatione maledictionis æternæ ut contra suspectos vel diffamatos de huiusmodi prauitate districte & promptè procedant: sic tamen quod malitiosè & fraudulenter hoc nephandum crimen falso alicui non imponat: q̄ si odij gratia vel amoris:lucri aut commodi temporalis obtentu contra iustitiam & cōscientiam suam omiserint contra quemquam procedere , vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate. Aut obtentu eodem prauitatem ipsam alicui imposuerint: ac eum super hoc præsumperint quoquo modo vexare: præter alias poenas pro qualitate culpæ eis imponendas. Episcopus autem superior suspensionis ab officio per triennium. Alij vero excommunicationis sententiam eo ipso incurvant : à qua quidem excommunicationis sententia qui eam incurrerint, non nisi per summum Pontificem poterunt, præterquam in mortis articulo , & tunc satisfactione præmissa absolutionis beneficium obtinere:nullo in hac parte priui legio suffragante. De quo est text.in Clem. i. §. verum. de hære. Insuper si quis episcopus in expurgando hæreses de sua dioceesi negligens fuerit vel remissus cum id certis iudicijs apparuerit deponendus est ab officio episcopal: & in locum ipsius alter substituendus est: qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem. de hære. excommunicamus.in fin.Ex quo manifestè apparet quam damnableiter

biliter,& cum quanto animarum periculo episcopi & alij ad quos huiusmodi inquisitio spectattam detestandū facinus persequi ac punire omittant. Inferiores autem prælati de hoc crimine se intromittere nequeunt: cum superioribus præfatis sit reseruatum ut prædiximus. Potestates autē siue domini temporales ac eorum officiales de hoc criminē cum sit merè ecclesiasticum se intromittere nequeunt: ut de eo cognoscant, aut iudicent, aut incarcерatos ab episcopo & inquisitore à carcere liberent, executionem tamē super hoc crimine fiendam sibi à iudicibus ecclesiasticis prædictis iniunctam adimplere non detraherent, aut eorum iudicium seu sententiam directè vel indirectè impedire quoquo modo non præsumant. Si quis vero de præfatis secularibus iudicibus contra prædicta fecerit, aut præfatis episcopo & inquisitoribus in prædicto fidei negotio se opposuerit, siue illud quouis modo impedit erit:& qui scinter in prædictis dederint auxilium, consilium, vel fauore: excommunicationis sententiam incurrat ipso iure, quam si per annum animo sustinuerit indurato ex tunc velut hæreticus condēnetur.c.vt inquisitionis. §.fi. de hære.li. 6.

Q V Æ S T I O . VIII.



CTAVO quero, de ordine qui debeteneri per iudices in procedendo contra hæreticos. Ad quod dicendum q̄ in primis clerum & populum conuocabunt exponendo eis inquisitionem: quam facere intendunt. Auxilium quoque & consilium & fauorem ab ipsis petent.c.vt cōmissi. in. §. 1.de hære.lib.6.& solent inquisitores primo ire ad episcopum loci,vel vicarium,& ostendere eis facultatem & autoritatem suam,& rogare q̄ congregetur clerus, quo cōgregato ostendunt eis literas & facultatē prædictas, sermonē faciūt & eorum auxiliū & fauorē postulant. Postea simile

b 5 faciunt

26 Gondisal de Villadiego Hisp.

faciunt cum potestate sive correctore ciuitatis, & concilio sive ut Hispanicè loquamur, consistorio: demum conuocant totam concione in populi, & habito sermone ad populum idem faciunt ut prædiximus. Postea interpolatum inquisitor facit sermones ad populū de fide. Et cōueniens est, quod ad minus duæ monitiones præmittantur contra omnes hæreticos, ut relictis erroribus suis ad fidem catholicam reuertantur, & ad ecclesiaz. gremium redeant, quæ tanquam pia mater non claudit gremium redeunti, ut c. su per eo. de hære. lib. 6. Et pro his monitionibus satis facit autoritas Apostoli ad Tit. 3. vbi dicit hæreticum hominem post vnam & secundam admonitionem devita. ad idem 24. q. 1. quæ dignior. & q. 3. dixit Apostolus. Inquisitores etiam & abundanti, consueuerunt addere tertiam monitionem, ut magis processus suos videantur iustificare. In quibus monitionibus quarum singulæ decem dies continent monent eos ad conuersationem, & reuertentibus præmittunt benignam misericordiam. Quibus pactis procedendum est ad inquisitionem, recipiendo in unaquaque parochia iuramentum à rectore parochiali: & ab alijs probis & honestis viris: & si illi deponant aliquos de parochia, fore hæreticos, aut diffamatos, sive suspectos: consueuerunt secreto eos coram se vocare & secreto ad cōuersionem monere, & vbi nec sic voluerint: proceditur contra eos secundum formam iuris, qui processus determinatur aperte per tex. in Clem. 1. §. 1. de hæret. vbi tex. dicit, ꝑ procedendū est per diocefanos episcopos, & per inquisidores à sede apostolica deputatos simul cōuenientes. Sunt tamē quædā quæ possunt vñus sine alio agere, ut potè citare, arrestare, seu capere ac carceri mancipare: etiā ponendo in cōpedibus vel manicis ferreis prout secundū Deum viderit expedire. Poterit etiam inquirere quisque prædictorū sine alio contra illos de quibus viderit inquirendum: dico tamen

Tractat. contra hæret. prauit. 27

men carceri mancipare sive arcto qui magis ad poenā quam ad custodiam videatur, aut tormentis supponere eos cōtra quos proceditur, aut diffinitiuam sententiam ferre contra eos nō poterit episcopus sine inquisitore, aut inquisitor sine episcopo, aut eius vel capituli sede vacante super hoc delegato: quod tamē intellige dummodo adiuicē copiā habere valeant infra octo dierum spatiū postquam inuicem se requisiuerint. Si autem cōuenire non potuerint propter præmissa, tunc inquisitor ordinario, vel econtra ordinarius inquisitori poterit super præmissis cōmittere vices suas, vel per literas significare eidem suum cōsilium vel assensum, ut dicit ibi text. ut cum maiori puritate & integritate res agatur. Inhibitum est inquisitoribus & tam ipsorum quam episcoporum à capitulorum sede vacante delegatis, sive commissarijs, ne prætextu inquisitionis officij quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant, & si se cus fecerint eo ipso sententiam excommunicationis incur runt à qua non possunt absolui præterquam in mortis articulo, donec plenariam satisfactionem fecerint his à quibus extorserunt, à qua satisfactione nulli pactis, aut priuilegijs, aut remissionibus poterunt liberari, & ne hoc latere posset notarij & officiales dicti officij, necnon fratres & socii inquisitorum ipsorum & commissariorum qui dictos inquisitores aut commissarios secretè prædicta nouerint commississe si indignationem Dei & sedis apostolicæ offendam voluerint euitare, grauiter ipsos arguere & corrigere studeant in secreto, quod si taliter ea sciuerint ut probare valeam prælatis inquisitorum & commissariorum eorum studeant nuntiare. vt in Clem. 2. eod. tit. Ponderat tamē illū tex. qui non loquitur de episcopis, vnde licet ipsi ab his debent abstinere, nō tamen poena prædicta haberet locum in illis cum non sit expressum, voluit enim dignitati eorum deferre. vt in c. sanè. lo. 2. de offi. deleg. & in c. 2. eod. tit. lib.

tit.lib.6.ita tenet glo.in dict. Clem.2. quam sequuntur ibi cōmuniter Doct. Episcopus tamen debet aliquid nō habere propter inquisitionem nec partem aliquā de deputatis inquisitionis officio, vt patet in extrauag.Boni.ex eo. §.pe. ita tenet Io. An. in. c. fi. §. 1. de hære.li.6.Considera etiā circa idem q̄ tex. ille prohibet illicitas extorsiones non tamē per hoc tollit pœnas pecuniarias, applicandas officio imponi, & exigi secundūm gloss.ibi circa quod dicit Matth. quod bene possunt inculpati de hoc criminē imponi pœnitentia in pecunia pro pauperibus, vel alijs pījs operibus. vt.c.accu. §.de quæstionibus.& §.si vero.de hære.li.6.Refert etiam fratrem Aluarum Hispaniæ tenuisse q̄ hāc multam pecuniariam inquisitores imponunt quotiens aliqui proferunt verba hæretica, aut ludendo, aut ex ira, aut ex tua simplicitate & ignorantia quæ tamen excusationē non habet. Ex his casibus & similibus possunt pecunialiter puniri. Nā & ecclesia hoc facit. 23.dist. quamquam de Iudæ. ad liberandam de rapto. in archiepiscopatu. Item inquisitores possunt hæreticis conuersis pœnas commutare vel minorare in. c. vt cōmissi. de hære. lib. 6. Nā & alias index ex certis causis minorat pœnam. ff. de pœnis, aut facta. §. fin. Item pro hoc facit litera dicta Clem.2. à contrario, per hoc enim quod dicit q̄ modis illicitis non possunt extorquere pecuniam, ergo licitis sic. de præsum. nonne. 25.dist. qualis. ff. de iudi. cum prætor. Item quia dict. Clem. ponit verbum extorqueant quod sonat in vitium violentiæ vel fraudis, ergo secus si iustè condemnnet, sed caueant secundūm eum ne imburstent, quia reputaretur extorsio, sed dēt pauperibus vel applicent officio inquisitionis in Clem. statutum de elect. & præsump. literas. de offi. ordi. dilectus. Item per omnia sequitur Dom. Card. in dicta Clem. 2. & 4. Clement.ad nostrum.in fin.eod.tit. ¶ Sed quæro iuxta prædicta, vtrum inquisitores possint recipere modica exennia

exennia quæ consistunt in esculentis & poculentis mera liberalitate oblatis quæ paucis possunt consumi diebus & veritas huius quæstionis pendet ab illa. An alijs iudices possint ista recipere. In quo fuit varietas inter Doctor. Nam glo. in. l. plebi. ff. de offi. præsi. tenuit quod licet olim illud licitum esset per dictam.l. & per. l. solent. ff. de offi. procon su. tamen hodie illud est immutatū per iura noua & corre Sed Bart. in dicta. l. plebisci. post Guill. tener opinionem contrariam. Sed in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. scriptum tenet opin. dict. glo. quod etiam tenet glo. in dicto. §. & dicit quod lex plebiscito & alia iura quæ intruunt contrarium possent habere locum in defectum sui salarij: & tunc etiam mediocriter & à sponte dantibus, vt innuit tex. in dict. §. & glo. in dicta. l. plebiscito. Prædicta dicit fore vera in iudicē ordinario, sed iudex delegatus indistincte potest secundūm eum accipere esculentum & poculentum quod paucis consumi possit diebus diutino dominaliberalitate sit oblatum, vt.c. statutum. §. insuper. de rescrip. lib. 6. Et istū opin. sequitur Bal. in dict. l. solent. licet non ita plene distinguat. & opin. istorum Doctorum satis est conformatis legibus ordi. Hispaniæ, quæ indistincte prohibent iudicibus, ne aliquid à partibus recipiant. Adiungit tamen Bald. ibi, quod pro quibusdam ministris non offenditur lex: vt pro vni parifasianorum, vel pro duabus fialis maluas. ff. de condit. & demonst. l. quanuis. quia protam paruo iudicis animus non flectitur. Ad quod etiam ego induco tex. c. & si quæstiones de simo. vbi pro modiceo violentiæ oblati in collatione rei spiritualis non committunt simonia: licet in spiritualibus omnis traditio & probmissio cessare debeat. Adde glo. not. 11. q. 3. non licet. Ex quibus infertur ad decisionem quæstionis propositæ, quod cum inquisitoribus & commissarijs sint deputati redditus officij: & sic in eis militet ea ratio quæ in ordinario: præserit quia

quia cum sint delegati ad vniuersitatem causarum, vt not. in.c.per hoc.de hære.lib.6. naturam ordinariam sapiunt secundūm gloss.de appell.cum causam.Idem in eis quod in ordinarijs erit dicendum.

Vlterius quāro circa præmissa in quo territorio sit hæreticus de hoc crimine conueniendus. Ad hoc respondeatur per text.in cap.vt commissi.¶.1.de hæret.lib.6.quod in loco vbi hæresim incurrit, etiam si ad aliam iurisdictionē se conferat.sed an in loco illo ad quem settanstulit poterit conueniri: dic quod sic.vt dicit ibi glo. cum etiam ibidem censeatur delinquere hæresim illam retenendo facit, in simili quod in lib.1. si Dominum ff. de furi. & si abducta Cœo. & l. sed nec legatarius ff. de cōdī. furti vbi tener; quod si aliquis fecit furtum Florentiæ & reperitur Perusij cum re subtracta poterit ibi conueniri, scilicet, Perusij. Nā sic mutatione Domini nascitur noua actio furti; ad pœnā applicandam partis. mutatione territorij & iurisdictionis, noua nascitur actio sue accusatio furti ad vindictam publicam per dictam illi si dominium.

Q V A E S T I O I X.

NON O quāro contra quos possit procedi obtehu huius criminis. Dicendum est quod contra hæreticos credentes fautores & receptores eorum.vt in.c.vt offi.in prin.& cap. vt inquisitionis in prin. de hære lib.6. Qui autem dicantur hæretici determinat tex.in.c.ad abolēdām in prin.leodām in Volumine. De quo tamen vide quæ latè scripsi supra in primo membro. Inter cæteros autem ille qui dicēret pertinaciter, quod exercere vñras non est peccatum, hæreticus iudicetur in Clem.vnica.¶.vlti.de vñris.Item qui propter contumaciam in causa hæresis excommunicatur, si per annū in ex-

in excommunicatione persistat est velut hæreticus cōdemnandus in.c.cū contumacia.de hæreticis.li.6. Et nedum contra hæreticos procedi potest verū etiam contra suspectos & infamatos de hæresi.vt in dict.c.vt officium.in princ. & de huiusmodi suspicione est exemplum in casu. c. fina de pœnis cōtra illum qui diu in excommunicatione etiam pro qualicunq; causa inflicta perseuerauit,& in similibus. De sortilegijs verò & diuinationibus non se poterunt inquisitores intromittere nisi hæresim sapient manifestè, vt.c.accusatus. ¶.sanè.de hære.lib.6. Ex his infertur ad quæstionem. Quidam frater professus exiuit ordinem & accepit vxorem. An inquisitor hæreticez prauitatis possit de hoc cognoscere. Butric.in.l.3.C. de sum. Trinit. distinguebat, quia aut accepit eam clam, & præsumitur dolosè hoc fecisse, & non per errorem , & sic contra eum non poterit procedere. Aut accepit palam, & eo casu non præsumitur in dolo sed erroneè hoc fecisse: putans sibi licere, & quod erret in fide: & sic cognitio pertinebit ad inquisitorem. Idē sequitur Panor.in.c.cū quidam.de iureiuram.& in suo consil.68. Infertur etiā ad alia quæstionē. An inquisitor hæreticez prægredi possit procedere cōtra illum qui bīas ruptas cōtraxit aq; viuente prima uxore duxit secundam; & Luperus abbas in.d.¶.sanè.dicit quod fuit consultum quod sic, quia videtur committere cōtra vnum de sacramentis ecclesiæ: & per cōsequens hæreticus est habēdus.de hære.ad abolēdā in prin.Idem sequitur ibi Dñicus, sed ego distinguerē, vt supra proxima quæst. An scilicet clam vel palam illud fecerit, & per hoc poteris ad multa similia responderē.

Vlterius quāro circa præmissa, an inquisitores prefati procedere possint cōtra diuinatores & sortilegos. Ad hoc dicendum est quod non nisi hæresim sapient manifestā, ut p̄diximus, quando autem dicantur si p̄e hæresim est satis difficile diffinire. Sed Oldrad. consil.210: volens hoc

hoc determinare dicit, quod si quis per invocationem dæmonis vult aliquid futurum scire, hoc hæresim sapit manifestè quia vult dæmoni attribuere quod soli Deo est referatum, iuxta illud Isai. 41. Annunciate nobis quæ futura sunt, & dicemus quia dij estis vos. Idem tenet Ioan. An. in addit. ad Speculat. de fortific. & hoc casu potest intelligi. tex. 26. q. 5. episcopi. in prin. vbi prædictos appellat hæreticos. Non tamen ego crederem hoc esse verum sic simpliciter loquendo. Sed pro veritate huius considerandum est, quia futura dupliciter cognosci possunt. Vno quidem modo in suis causis. Alio modo in seipsis. Causæ autem futurorum tripliciter se habent. Quædam enim producunt ex necessitate & semper suos effectus, & huiusmodi effectus futuri per certitudinem prænosciri & prænuntiari possunt, ex consideratione suarum causarum sicut astrologi pronuntiant eclipses futuras. Quædam vero causæ producunt suos effectus non ex necessitate, & semper, sed ut in pluribus raro tamen deficiunt, & per huiusmodi causas possunt præcognosci effectus futuri, non quidem per certitudinem, sed per quandam coniecturam, sicut Astrologi per considerationem stellarum, quædam prænoscere & prænuntiare possunt de pluvijs & siccitatibus, & medici de sanitate vel morte. Quædam vero causæ sunt quæ si secundum se considerentur habent se ad vitrum libet, quod præcipue videtur de potentijs rationabilibus quæ se habent ad opposita secundum Philosophum, & tales effectus, vel etiam si qui effectus ut in paucioribus casu accidunt ex naturalibus causis per considerationem causarum prænosciri non possunt nisi in seipsis considerentur. Homines autem huiusmodi effectus in seipsis solum considerare possunt, dum sunt præsentes, sicut cum homo videt fortis currere vel ambulare. Sed considerare huiusmodi antequam fiat est proprium Dei, qui solus in sua æternitate videt ea quæ futura

futura sunt tanquam præsentia, & de hoc intelligitur præinducta auctoritas Isaiae, Annunciate nobis, &c. Si quis vero huiusmodi futura prænoscere, aut prænuntiare quoquo modo præsumperit nisi Deo reuelante manifestè usurpat sibi quod Dei est. Hæc ponit sanctus Thom. 2.2. q. 95. art. 1. de quo etiam vide eundem. 2.2. quæst. 172. art. 1. cum agit de prophetia & in summa contra Gentiles libr. 3. cap. 154. vbi subiungit, quod maligni spiritus veritatem fidei corrumperet molientes. Sicut abutuntur operatione miraculorum, ut errorem inducant hominibus, & argumentū veræ fidei debilitent non tamen verè miracula faciendo, sed ea quæ hominibus miraculosa apparent. Ita etiam abutuntur prophetica prænunciatione: non quidem verè prophetando, sed prænuntiando aliqua secundum ordinem causarum huiusmodi occultarum, ut videantur futura prænoscere in seipsis quod hominibus persuadent qui occultas rerum causas non cognoscunt. Prædicti siquidem spiritus subtilitate intellectus sui magis possunt cognoscere quam homines. Quomodo & qualiter effectus naturalium causarum impediri potest & causas effectus aliquos occulere producentes, & ideo in prænuntiando futura mirabiles, & veraciores apparent quam homines quantum cuncti scientes. Hæc ille: pro quibus allego bonum text. 26. q. 5. sciendum. Vnde quidam astrologi qui homines diuinos se gentibus ostentare volunt cum videant, quod per principia illius scientiæ de futuris actibus hominum qui ex arbitrij libertate procedunt, aliquid certum, seu firmum determinare non valent, cum enim intellectus aut ratio non est corpus, nec actus organi corporei: & per consequens nec voluntas quæ est in ratione: ut patet per Philosophum 3. de anima. Nullum autem corpus potest imprimere in rem incorpoream: ex quo sequitur, quod impossibile est corpora cœlestia directe imprimere in intellectum, &

c volun-

voluntatem: sed tantum indirecte in quibusdam bestialibus hominibus qui rationem & intellectum subiherunt appetitui sensitivo: huiusmodi vani homines & insanirecurrunt ad dæmones: à quibus per quædā occulta pacta multa de futuris intelligunt. Vnde August. secundo super Genesim, ad literam dicit: fatendum est quomodo à mathematicis vera dicuntur instinctu quodam occultissimo dicit: quod nescientes humanæ mentes patiuntur: quod tamē ad decipiendos homines sit, spirituum immundorum & seductorum operatione, qui quædam vera de temporalibus rebus nosse permittuntur. Vnde concludit. Quapropter bono Christiano siue mathematici, siue quilibet impiè diuinantium & maximè dicentes vera, cauendi sunt: ne consortio dæmoniorū animam deceptam pacto quodam societatis irretiant: & pondera illud quod alii dicit illos diuinantes qui vera dicunt: maximè fore vitandos. Dæmon enim qui intendit perditionem hominum. & iuxta apostoli Petri vocem, Tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: sàpissimè in suis responsis vera dicit, vt homines assuefaciat ad hoc vt ei credatur. Vnde Athanasius exponens illud quod habetur Lucæ 4. increpavit illum dicens. Obmutescet dicit, quanvis vera fateretur dæmon: compescet tamen Christus eius sermonem, ne simul cum veritate etiam suam iniquitatem promulget: vt nos etiam assuefaciat ne curemus de talibus, etiam si vera loqui videantur. Nephos enim est vt cum adsit nobis scriptura diuina, à diabolo instruamur. Interdum etiam Deus permittrite ea quæ à dæmonibus prædicuntur euenire: vt ipsi qui hoc audiunt & vident probentur, & appareat qualis fide sunt vel deuotione erga Deum, sicut legitur in Deuter. c.13. Moyses ex præcepto Domini populo præcepisse dicens. Si surrexerit in medio tui pphetes, aut qui dicat somnum se vidisse, & prædixerit signū atq; portentū, & vene-

rit quod locutus est, nō audies verba pphetæ, aut somniantoris, quia tentat vos dñs Deus vester: vt palā fiat, vtrū diligatis eu an non. in.d.c.nec mirū.26. q.5. qui est tex. August. Similiter quoq; dæmones se habent in operationibus. Operatur enim quædā secundū ordinem naturalē cū propter subtilitatē ingenij sui, naturas rerū occultas sciant, quæ hominibus propter grossitie ingenij miraculosa videtur: eo quod illorū causas nō attingunt, non tñ dæmones preter naturæ ordinem quicquā efficere possunt. de quo optimus tex. August.in.d.c.nec mirum. Quibus præmissis quo ad quæstionē pposita videtur dicendū, quod si quis inuocās dæmones vel sortilegia aut diuinatiōes exercēs, credit dæmones aliqua de futuris scire, ad quorū cognitionem non pertingūt, aut in operabilibus credit eorū virtutē ad aliqua se extēdere, ad quę secūdū rei veritatē se nō extēdit, huius modi error cū pertinacia hæresim induceret. Et sic intelligo text. in.d.c. Ep̄i. ad quod etiā bonus tex.ead. causa. q.7. nō obseruetis. Qđ satis apertè Dñs insinuare voluit Deuter. 18.vbi inter abominationes Gétiliū prædicta maleficia & sortilegia cōnumeravit. Si vero ista credulitas falsa cessaret, licet res sit valde illicita: non tñ hæresim saperet, cū difesum à fide nō haberet in quo ratio hæresis consistit, vt ex superioribus patet. Ex quibus manifestè deprehenditur quā magnū instet periculū his, qui ad has vanitates & insanias falsas se cōuertunt. Ex huiusmodi etiā damnada cū dæmonibus societate detestabile idolatriæ scelus sepissimè incurritur. Dæmon enim superbice caput, summpere ab hominibus adorari desiderat, vt patet Matthæi 4. Vnde de quibusdam auidissimè his vanitatibus deditis, taliter persuadet, & talibus modis eos allicit, vt sacrificium vel reuerentiam ei exhibeant. Contra quos dicitur II.ii. vigesimo octauo. Dixistis, percussimus fœdus cum morte & cum inferno fecimus pactum, & in Summa,

Qui talibus socijs se immiscet non valet illæsus euadere.

Vlterius quæro: an Inquisitores prefati possint procedere contra Iudæos: qui inducunt Christianos ad eorum ritum aut eos defendunt: occultant & fouent in dictis erroribus, & dicendum est, quod sic secundū Oldra. consil. 36. Item tenet Ioan. Andr. in c. contra Christianos. de hæret. lib. 6. in nouel. quod dicit ex extrauagā. Gregor. & Clemen. clare patere. Quæ quidem extrauag. reseruatæ sunt in suo vigore per cap. fin. in prin. eod. titu. & lib.

Q V A E S T I O X.



ECIMO quæro: quibus modis procedi possit contra hæreticos ad puniendum eos de hæresi. Ad quod dicendum, quod tribus modis, scilicet, accusando, inquirendo, denunciando. Adde quartum, scilicet, per viam notorij. De primis tribus est text. de accus. super his. in princ. & cap. licet Heli. de simo. De ultimo est text. in d. c. licet Heli. Pro euidentia primi aduerte, quod si accusationis genus il- laudabilis intentionis esse dicatur, vt in c. si quis episcopus. 2. quæst. 7. de quo per gloss. 2. quæst. 6. c. decreto. illud tamen debet intelligi quo ad vulgi opinionem: alias enim præsumitur quis bono zelo accusare. de dolo & contuma. veritatis. Ex charitate enim debet accusatio prouenire de accusa. si quis episcopus: & non zelo vindictæ priuate aut odij personalis. eod. titul. accusasti, & qui accusat publicè, salutis custodiam gerit. C. de famo. libell. l. vna. Pro quo vide bonam glo. in dict. c. si quis episcopus. 2. quæst. 7. & si in omni criminе hoc procedat: à fortiori in huiusmodi criminе hæresis quod grauissimum est, vt ex superioribus patet. Cum etiam in opprobrium Dei cedat: cuius opprobria dissimulare non debemus, quia ipse nostra deleuit. vt in c.

in capit. in nonnullis. de Iudæis. Et licet regulariter laicus clericum accusare non possit. vt capit. 1. & 2. & quasi per totum. secunda quæstione septima. & de accusatio. capit. cum. P. Tamen fallit hoc in criminе hæresis, vt voluit glo. secunda. quæstione 7. in sum. Est & aliud speciale in hoc quod regulariter non potest recedi ab obedientia prelati instituta accusatione, aut iudicio contra illum. octaua quæstione quarta. nonne. Fallit tamen in hoc criminе, nam etiam ante institutam accusationem recedi potest à prælati hæretico. iuxta glo. cap. sacerdos. secunda quæstio ne septima & capit. cum non liceat. de præscriptio. Est etiam & aliud, quod quamquam in alijs criminibus accusator in publicum prodire debeat. tertia quæstione nona. capit. non oportet. & capit. habetur. & inscriptionem facere. vt l. libellorum. ff. de accusatio. & l. qui crimen. C. qui accusare non possunt. & l. penulti. C. de accusatio. & cap. super his. eodem titul. & cap. licet Heli. de simo. & similem carceris custodiam subire. C. ead. l. fin. Speciale tamen est in hoc criminе, quod vbi propter potentiam personarum contra quas proceditur, videant Episcopus vel Inquisitores graue periculum imminere, si contingat fieri publicationem nominum eorum, qui accusant, procedi poterit eorum nominibus sub secreto seruatis, vt in capit. fin. §. iubemus. de hæret. libr. 6. seruata forma illius. capit. adde etiam, quod hæreticus hæreticum accusare potest. secunda quæstione septima si hæreticus, & per gloss. 23. quæstione quarta. ipsa pietas, quod in hoc criminе speciale est, cum alias regulariter criminofus criminofum accusare non possit. tertia quæstione septima. capit. qui sive. & cap. pastoralis. & de accus. c. 1. Quod autem ad Inquisitionis ordinem si specialiter contra aliquem infamatur de hoc criminе procedatur, procedendum est iuxta formam. capit. qualiter. cl. 2. §. deber. de accusat. Si autem ge-

neralis inquisitio fiat in ciuitate vel diccesi: tunc ex testibus in illa generali inquisitione examinatis etiam si sufficierter contra aliquem deponant non poterit ille condemnari, sed oportet, quod eo nominatim vocato & data sibi copia defensionis contra eum procedatur & iterum probationes sufficientes fiant, ut voluit Innoc. de elect. bonae. el. 1. & Spec. titu. de no. cri. in pma. imo ex talibus probati. in generali inquisitione habitis, adhuc ad torturam non posset procedi iuxta doctrinam Bart. in. l. fin. ff. de questio. Quantum autem ad denuntiationem dicendum est, qd præcedere debet euangelica monitio iuxta illud euangeli. Si peccauerit in te frater tuus, &c. 2. quest. 1. si peccauerit de ipidi. nouit. & qui hanc monitionem non præmitteret à denuntiatione repelleretur. de accus. c. 2. & cap. qualiter. el. 2. & ca. super his. Hoc tamen limita verum cum peccatum effet occultum secus autem si publicum. Nam eo casu præmonitio non requiritur secundum illud apostoli. 1. Tim. 5. Peccantem coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant. Quod intelligitur de peccatis publicis. ut dicit August. in lib. de verbis domini. Item in heresi occulta vbi posset imminere periculum in dilatione, ut quia est aliquis hereticus occultus, qui priuatim homines à fide auertit. Aut sit tractatus occultus quomodo ciuitas tradatur hostibus: quod etiam celerrimum exoptat remedium. His casibus alio etiam non expectato, statim procedendum est ad denuntiationem nisi forte aliquis firmiter aestimaret, qd statim per secretam admonitionem huiusmodi mala posset impedire, ut dicit Sanct. Thom. 2. 2. quest. 33. artic. 7. & 4. sent. dist. 19. Generale tamen est in omnibus denuntiationibus, qd si crimen est adeo occultissimum, qd nequeat probari non habet locum huius denuntiationis, in tantum quod etiam si prælatus contrarium mandaret non effet sibi in hoc obediendum, cum sit contra preceptum Domini: qui de-

listo

lista fratrum occulta noluit reuelari, imo eo casu peccaret præcipiens & obediens. Obedire enim oportet Deo magis quam hominibus. iuxta illud Actuum. 5. & si generaliter prælatus præciperet (vt si dicatur) quod quis scuerit corrigendū. Intelligendum est sanè illud præceptū, scilicet, salvo ordine iuris & fraternæ correctionis: qui tamen medicus corporalis sanitatem ægrotō confert si potest, sine aliquid membris abscissione. Si autem non potest abscindit membrum minus necessarium, ut vita totius conseruetur. Sic & medicus spiritualis agere debet: si enim potest emendare fratem quantum ad conscientiam salua fama & illæsa, illud faciat, ut prædictū est: si tamen hoc nō potest, tunc quia conscientia præferenda est famæ. Voluit dñs, ut etiam cum dispendio famæ conscientia fratris per publicam denuntiationem à peccato liberetur. Vbi tamen de occultis aliqua indicia apparent, puta per infamiam, vel per alias suspicções posset prælatus præcipere ista sibi reuelari eo modo sicut & iudex inquirit contra infamatum, quia iam illud non est omnino occultum nec ab hoc deuiat, id quod in capitulis religiosorum fit: vbi etiam sine aliqua præambula monitione denuntiantur secreta proximi delicta. Nam illas sunt de aliis leibus quæ famæ non derogant & si essent talia de quibus frater infamarēt coram præceptū dñi faceret, qui p hūc modū peccatum fratris publicaret: qd est intelligendum modo prædicto. Ista tñ sunt de mēte S. Tho. 2. 2. quest. 33. artic. 7. & 4. senten. distin. 19. tenet idem dicens etiam in peccato omnino occulto regulā euangeli lo cum habere. & inducit quod August. in regula dicit. Innocentes non es sis si fratres vestros quos iudicando corrige re potest istacendo perire permittatis: nec ex hoc aliquis efficitur proditor criminis, quia nō manifestat crimen ad infamandum sed ad corrigendū. Sed Joan. in. c. nouit. de iudi. tenet qd in peccato omnino occulto taliter, qd probari

c 4 non

non potest non habeat locum hæc denuntiatio: alia enim omnino occulta diuino iudicio sunt relinquenda. sexta quæstioneprima. si omnia. & hoc videtur voluisse. gloss. in dicto capit. si peccauerit. Sed Panormit. ibi dicit quod stante hoc secreto: licet in publicum non debeat res produci: pro quo videtur mihi bonus textus in dicto capit. si peccauerit. & ibi gloss. Debet tamen fieri diligens exhortatio à fraterna admonitio erga ipsum in secreto ut se emendet. vt dicit ibi textus & adhuc si oportueret poterit hoc significare presbytero suo. aut prælato in secreto qui monendo & orando poterit prodesse & non obesse. Pro quo bon. text. vigesima secunda quæstione quinta. hoc videtur. & quia Sanct. Thomas tenuit contrarium vbi supra: ad motiuasua stat responsio. quod debent intelligi modo prædicto. & ad prædicta multum facit text. in Clem. 2. de heret. vbi probatur. quod delictum. quod probari non potest non debet iudici denuntiari. Ad idem induco etiam text. in capit. qualiter. el. 1. de accusationib. in fine. vbi iudex qui generaliter inquirit super statu ecclesiæ non debet ad occulta reuelanda astringere testes in inquisitione deponentes. Pertinet enim ad debitum charitatis crimen fratris celare de offic. ordin. si sacerdos. prima quæstione. 1. Christus quid fecit eo præcipue: quia cum res eo modo est. occultissima iudicialis auctoritas nil prodesse potest: cum nec probationibus iste conuinci queat. nec subiicit torturæ vt iniquitus confiteatur: ex quo indicia non præcedunt. Et ex his infertur ad istas generales monitiones quæ sunt in ecclesijs à iudicibus sub pena excommunicationis: vt scientes furta vel alia delicta huiusmodi debeat reuelare. Per prædicta enim colligere poteris qualiter illæ sint intelligendæ: & quo modo & ad quid astringant.

Q VAE-

Q V AE S T I O X I.



NDECIMO quæro de citatione hæretico rum. Et pro huius evidentiâ est distinguendū, quia aut quærimus de citatione verbali. aut de citatione reali. Primo casu citandus est qui de hoc crimine imperitur quæunque via procedatur contra eum. vt habeat copiam se defendendi: cum enim defensio sit de iure naturali. vt in Clem. pastoralis. §. ceterum. de re iudic. nemini deneganda est quantumcunque excommunicato & criminoso. de excep. cum inter. & c. fin. Si tamen esset hereticus relapsus sine aliqua audiencia esset iudicio seculari relinquendus de heret. ad abolendam. §. illos. & c. super. cod. rit. lib. 6. Quis autem dicatur relapsus. vide pulchrum text. c. accusatus. cod. titul. & libr. Ego tamen putarem. quod licet relapsus non debeat audiiri super criminem. vt in dictis iuri. Si tamen vult excusare se relapsum non fore bene esset audiendus. Nam cum dispositio excludens exceptiones fundatur super certa qualitate: non videtur excludere exceptiones detrahentes illi qualitat. vt voluit gloss. c. cupientes. §. quod si per. 20. de elect. lib. 6. & Clem. synica. de secreto. po. & fruct. & Bart. in. l. prima. §. parvire fert. quod vi aut clam. Sic in proposito est dicendum. vt cum illa iura se fundent super relapsu. non videantur tolle re defensionem quo ad hoc quod iste posset dicere se non rapsum. & hanc citationem poterunt Episcopi & Inquisitores nedum per se. sed per alios facere. vt in cap. vt commissi. in princ. de heret. libr. 6. Aut quærimus de citatione reali. hoc est per capturam personæ. & similiter illam face re possunt. & tam verbalem quam hanc realem citationes Episcopus sine Inquisitore. & Inquisitor sine Episcopo facere poterit. de heret. Clem. 1. §. primo. Regulare enim est quod conuentus super criminem capi potest personaliter. &

e 5 incar-

incarcerari, & præsertim quoniam delictum est maximum sicut haeresis. De qua materia vide latè per Bart. in l. fina. ff. ad leg. Iul. pecu. & in l. i. ff. de custo. reorū. & in hac captura seruantur de more ista practica, quod informatione præhabita per iudicem de maleficio, & malefactore, sine alia citatione verbali precedente, mittunt ad capiendum reum, si crimen sit enorme, cuiusmodi est istud, & hoc ne fugam arripiat conscius de crimine. ita dicit Salyc. in l. 2. C. de exi. & intro. re. quod dicit probari per illum text. præsertim iuncta glo. & licet ista modestia in carcerando sit seruanda, ut nemo sit de domo sua trahendus ad carcerem. vt l. nemo. de domo. ff. de reguli. iur. & l. pluriq. ff. de in ius vocan. Hoc tamen procedit in ciuili, non tamen in criminali iuxta glo. in d. l. nemo. Seruandū tamen est, quod mulieres non ponantur in eodem carcere cum masculis, sed ad partem in alio carcere, quia periculum saepe est sexuum cōmixtio, vt in l. quonia. & in authēt. nouo iure. C. de custo. reo. & in authen. vt nulli. iudi. §. si vero. collat. 9. quod procedit ne dū in carcere deputato ad custodiā, sed etiā deputato ad poenā, iuxta formā. c. pen. de haeret. & c. quāvis. de poen. lib. 6. ita tenet gl. in d. c. quāvis. Et de forma quæ debet teneri in huiusmodi carceribus haereticalibus, & de custodibus adhibendis & substitutis ab eis, & de iuramento quod per eos præstandū est, & qualiter diueras claves debeat carceri adhibere, & modo ministrandi necessaria carceratis, vide text. not. in dicta Clem. i. §. 1. de haeretic. Sed pone, quod in castro siue territorio alicuius domini temporalis haereticus maneat: & citatus verbaliter per Inquisidores non vult coram eis comparere, an dominus castri teneatur eum in manibus Inquisitorum ponere si sit ab eis requisitus. Ad hoc dicas, quod sic pro quo est text. apertus capit. vt inquisitionis. in princ. de haeret. lib. 6. Quid autem sit in alijs criminibus, vide Bald. in vñib. feud. titul. de pacetenen. §. si index. vbi dicit, quod si est suus

subditus

subditus non tenetur eum tradere, fecus autem si alienus est subditus, in quo tamē examinando non insisto, quia non est præsentis speculationis. Sed cuius expen. erit remittendus. Bald. vbi supra tenet quod si aliquis priuatus pro suo interesse hoc petat, fiet expensis petentis, vt l. cum sapientia de ero. mili. anno. libr. ro. Si autem iudex ex officio hoc petat, tunc expen. publicis illius terræ, ad quam sit remissio. argum. l. mulier in opus. ff. de cap. & postlimi. reuer. Ego tamen putarem, quod in crimen haeresis si officium sufficeret ex redditibus illius essent fiende. Sed iuxta predicta quęro an delegatus ab Episcopo, vel Capitulo sede vacante, aut ab Inquisitore possit hanc personalem capturam facere. Et videretur quia non, quia delegatus non potest citare personaliter, vt voluit gloss. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iu. Sed gloss. in l. secunda. ff. de iurisd. omn. iudic. dicebat quod delegatus principis hoc potest, fecus in delegato inferioris à Principe, qui hoc nō potest ante litem contestatam, sed bene carcerare potest post litem contestatā. Sed Bart. ibi & in dict. l. pluriq. tenet delegatum inferioris à Principe nequaquam hoc facere posse per textum in autenti. de testibus. §. si vero ignoti. vbi delegatus non potest coercere testes, & eos torquere. Non obstat secundum eum textus in autenti. de exhibend. re. §. si vero etiam. vbi dicitur, quod delegatus non potest aliquid facere, quia lis non est contestata. quasi innuat, quod litem contestare posset, quia non vult hoc dicere, sed debet intelligi, quod si lis esset contestata, posset deueniri ad sententiam etiam absente. reo. & sic posset aliquid facere per quę videretur, quod cum delegati predicti de quibus in questione propofita, sint inferioris à Principe non possent huiusmodi capturam personalem facere. Contrarium tamen ego teneo, pro quo induco text. expressum in dicta

Clem. i.

Clemen.i. §. primo. de heret. vbi apertè hoc probatur. hoc etiam probari potest, quia ea ratione qua istud venit in generali delegatione facta per Principem, vt patet in precedentibus, scilicet, quia Princeps potest ista cōmittere quæ sunt meri imperij: & videtur cōmisissæ tanquam sine quibus illusoria videretur iurisdi. delegati: videtur idem, dicendum in prædictis inferioribus de iure canonico secundum quod ea quæ sunt meri imperij sunt delegabilia de offic. ordi. quod sedem & de rapt. in archiepiscopatu. cum simi. Et ex dicta Clem. probatur quod ille qui habet iurisdictionem in crimine potest carcerem creare pro custodiendo criminosos. Sed proveritate huius est aduentandum, q̄ quadruplex est carcer. ¶ Primus est perpetuæ pœnæ: & huiusmodi carceratio est meri imperij, quia illa pœna equiparatur morti, vt not. Innoc. de accusa. c. qualiter. 2. ¶ Secundus carcer est modicæ coertionis, vt cum iudex facit poni nuntios in cippis, & iste carcer est meri imperij: sed minimi, de quo potest intelligi. l. a. C. de sportul. quia iste carcer adhibetur, quia forte nuncius contempfit iurisdictionem iudicis. ¶ Tertius est carcer custodiaz, & est eiusdem speciei cuius est causa principalis secundum Guil. & Bald. in l. imperium. ff. de iurisd. omni. iudic. vnde si causa est pecuniaria est iurisdictionis: si sit criminalis est meri imperij. ¶ Quartus est carcer domesticus, qui non est licitus nisi in casibus expressis in iure. ff. de offic. presid. l. Diuus. & iste carcer non est sub aliqua specie iurisdictionis, quia competit priuato, vt voluit Bald. in dicta l. imperium. ex quibus concludere potes, q̄ ille qui licite potest carcerare quod quo modo sit ex prædictis colligitur poterit carcerem constituere: & per contrarium qui non potest carcerare non poterit constituere carceres. Et de hac materia multiplicis carceris, vide eundem Bald. in authē. si captivi. C. de episc. & clericis.

Vlterius,

Vlterius quæro, quis prouidebit de expensis custodibus carcerum prædictorum. Solutio. Hoc determinatur per tex. dictæ Clem. i. §. sanè, scilicet, quod episcopus prouidebit custodi deputato per ipsum. Et intellige de suis redditibus non de parte prouentuum Inquisitionis officio deputata, vt in extraug. Benedicti ex eo. §. verum. ita tenet glo. in dicta Clem. & Inquisitor similiter prouidebit illi quem ipse deputabit, scilicet de prouentibus deputatis officio. vt in dicta glo. ex quo patet secundum Zen. ibi quod carceratus non prouidebit custodibus quod dicit non esse dubium in deputatis ad perpetuos carceres, quia tales sunt priuati bonis. facit l. cum sspè. C. de ero. mili. anno. lib. 12. Idem tenet ibi Matth. tu dicas in causa haeresi. nullum fore dubium per istum text. in alijs autem dicunt Matth. & Ioan. de Imol. seruandæ esse consuetudinem, qua cessante glos. in dicta l. cum sspè. dicit quod seruari debet expens. eius qui illum facit custodiri. Illas tamen postea relarcier custoditus & sic seruatur. Hoc ego limitarem vbi isti custodes nō effent salariati de publico. Nam tunc nihil possent à partibus petere. Pro quo facit text. optimus in arg. in l. Archiatris. C. de professo. & medi. lib. 10. & not. in simili per Innoc. in c. 1. de postu. & vbi aliquis carceretur iniuste iudex qui iniuste fecit eum detineri tenetur ei ad interesse. iuxta doctrinam glo. & Bald. in l. 2. §. fina. ff. si quis cautio. Quis autem prouidebit carceratis, & circa crimen haeresis dicas, quod Episcopus & Inquisitor debent ordinare vnde eis prouideatur, vt probat text. in dicta Clementi. §. porro. in alijs vero gloss. in c. diffiniuit. 17. quæst. 4. tenet, quod custos carceris prouidebit carceratis. Sed non intelligas, quod habeat prouidere de suo, sed de eleemosynis destinatis ad vsum pauperum: hoc poterit facere. vt l. iudices. C. de episc. audien. vbi autem ista cessarent consuetudo habet quod is ad cuius petitionē fuit carceratus prouideat

uideat carcerato. Postea autem carceratus satisfaciere idē de prædictis. Sed pone quod cum de mandato prædictorum volunt incarcere eosdem hæreticos ipsi se defendunt. Dicas quod inuadi possunt cum armis per ministros iustitiae & si in illa defensione occiderentur cum sit illicita nullam pœnam incurrerent occisores, vt probat textus optimus in l. si seruus. C. de his qui ad ecclesias confug. non enim permititur iuste inuaso se defendere iuxta not. per Bart. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & per Doct. Card. in Clem. si furiosus. de homi. An autem hæreticus ad ecclesiā confugiens gaudeat immunitate. ita vt de ecclesia extrahi possit & capi. & dicas, quod non gaudet, pro quo est gl. in authen. de l. andia. princi. §. neque autem collat. 3. facit ad idem tex. in l. i. C. de his qui ad ecclesias confug. Et quoniam ad hanc incarcerationem faciendam necessarij sunt officiales armati habent Inquisitores facultatem à iure, vt possint habere officiales armatos ad hoc exequendum secundum text. in Clem. 2. §. fin. de hæret. Ex quo infertur ad questionem nunquid Episcopus qui iurisdictionem ordinariam haber possit habere officiales armatos pro executione iurisdictionis sua? Panor. mouet hanc questionem in cap. significasti. de offic. deleg. & dicit se fuisse interrogatum de hoc à quodam episcopo. Cui refert se respondisse, quod nō, nisi haberet temporalem iurisdictionem in loco: ad quod primo inducit iura quæ dicunt Episcopum in executione iustitiae debere implorare auxilium brachij secularis, vt cap. administratores. & c. principes. 23. q. 5. Item alibi cauetur quod sicut pro spiritualibus debent principes recurrere ad ecclesiā: ita in temporalibus debent prælati recurrere ad Principes seculares, vt c. cum ad verū. & c. si imperator. 96. dist. nec promiscuis actibus sunt eorum officia turbāda, vt l. cōsulta diuaria. C. de testa. Itē ecclesiæ fuit interdicta executio gladij temporalis dicente dño Petro. Con-

uertere

tierte gladium tuum in locū suum. vt le. & no. in. c. nouit. de iudi. Item arma clericorū sunt lachrymæ & orationes. vt in. c. conuenior. 23. q. 8. sed vide Bal. in. i. nam salutem. §. fin. ff. de offi. præfec. vigi. quin contrariū tenet nullū aliud inducens fundamentū ad hoc & hæc opinio mihi placet, & ea obseruat cōmunis v̄sus & pro huius fundamento facit tex. in. d. Clem. vbi Papa concessit facultatē Inquisitoribus, vt possint armatos officiales habere. Ex quo innuitur quod penes Papā est potestas habendi armatos & mouendi arma in huiusmodi criminibus ad ecclesiasticū forū spectantibus aliis nō potuerit eam Inquisitoribus cōcedere. Non ergo de necessitate ad laicos in his est recurrendum, vt contraria opinio præsupponit. Præterea fundatur, & alter ex eadem Clem. vbi Papa per concessionem spiritualem dedit hanc facultatem Inquisitoribus, non autem episcopis qui in prædicta inquisitione cum eis concurrunt. Ostendens aperte quod Episcopis non erat necessario conferenda, quia de iure eis licebat alias sicut Inquisitoribus concessit, sic & Episcopis concessisset. Confirmatur etiā, quia Episcopus per iurisdictionem suam potest etiam laicos in certis criminibus capere & corporaliter coercere. vt est tex. cū glo. 26. q. 5. contra idolorū. 16. q. 4. attendendum, & de adult. c. 2. quod nemo dubitat egere ministris armatis. Nec obstante fundamenta in contrarium inducta, videlicet, quod ecclesia nō habeat exercitium gladij materialis. Nam illud est ad inferendum alicui mortem vel membris mutilationem, & hoc casu intelliguntur iura pro contraria parte inducta. Secus autē ad exequendū iustitiā sibi cōpetentem. vt probatur per prædicta. Similiter ad illud quod dicitur quod ecclesia implorat auxiliū brachij secularis: dici potest, quod inde non cōcluditur intentū opinionis contrarie. Nam inter ipsos met seculares iudices idem obseruantur, quod unus implorat auxiliū alterius vbi vires ipsius nō sufficiunt

ad exe-

ad exequendum quod sibi incumbit. vt est tex. in. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. & etiam iudices seculares inuocant in subsidium auxilium ecclesiarum vbi per se non possunt suos subditos donare. vt not. Innoc. in. c. licet ex scepto. de foro compe. & haec notabis.

Q V A E S T I O X I I .

DVODECIMO quarto de ordine procedendi contra haereticos quo ad telam iudiciam ordinandam. Dicas quod licet in alijs crimibus plenissimo iuris ordine seruato debeat procedi. de quo vide text. in. l. absentem. ff. de poen. & in. l. i. C. de requi. re. & per gl. 3. quæst. 9. in summa. & per Bart. in diſt. l. absentem. & per Salyc. l. absentem. C. de accusa. vbi plenè. & per Doct. in. c. veritatis. de dol. & contu. Tamen in hoc crimen haeresis est spirituale. quia procedi potest super eo simpliciter. & de plano sine strepitu & figura iudicij. vt in. c. fin. in princ. eod. titu. lib. 6. Ex quo infertur. quod in accusatione non erit necessaria solennitas requisita per. l. libellorum. ff. de accusat. & in. l. in causis. C. eod. pro quo est text. in Clem. s̄pē. de verb. signi. Infertur etiam quod conclusio in causa non est necessaria per glos. ibi. imo quomodo cumque reus se defendere voluerit admittetur. Ad quod faciunt not. per Bart. in extraug. ad reprimendam. in versic. sequentia. & vbi is contra quem in hoc delicto proceditur contumaciter se absentat: prouisum est de remedio. vt debeat excommunicari: & si per annum in excōmunicatione persistat. velut haeticus est puniendus. de haeret. cum contumacia. lib. 6.

Sed pone. quod secundum veritatem iste non est haeticus. nunquid huiusmodi poena à iure in eum inficta propter contumaciam teneat? & dicendum est. quod sic quia contu-

contumax fuit secundum rei veritatem venire enim tenebatur ad iudicem. vt. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. ff. de iuri. omn. iudi. l. i. vbi hoc tenet Bart. Sed Bart. in. d. l. absent. dicit quod istis casibus quibus proceditur contra absentem. & habetur pro confesso propter contumaciam. si postea constaret iudici de innocentia contumacis. vt si videret virum hominem. quem absens dicimus occidisse. non poterit ad punitionem criminis procedere. Nam ex vera confessione talis non condamnaret. ff. ad. b. Aquil. inde Neracius. fin. cum. l. seq. quanto magis ex fida. hoc tamen in crimen haeresis non potest practicari. quia cum sit crimen quod in mente intrissecus latet non posset in aperto liquere iudici de aliquibus innocentia. ergo illud ut mihi videtur. ponderata rem text. cum glo. in. d. c. cum bōuma. loquitur enim quando citatio fuit decreta contra illum qui suspectus erat in fide. Nam tunc ad primam suspicionem additur alia ex contumacia: & sic prima simplex presumptio transit in violentiam. vt in hoc ille rex. Secus ergo. vbi iustitio emanaret contra non suspectum. Item pondera in alio. nam loquitur de eo qui animo perinaci perduraret per annum in excōmunicatione. secus ergo si non daretur perinacia. vt potest quia aliquo impedimento prætermissit contumacia prædictam purgare. vbi tamen per hunc modum pluriundi contumaciam non procedefetur possent recipi testes contra absentem legitime citatum & ad diffinitiūam procedi constituto de crimen ex quo in contesta. non requiriatur vt prædiximus.

Q V A E S T I O X I I I .

Decimotertio quarto de probatione sienda in crimen haeresis. Ad quod dicas quod fieri potest per diversas species probationis. Potest enim probari per confessionem propriad cum

cum illa loco omnes probationis spes obtineat principalem. Et ad torturam illam poterit procedi ad torturam ciuius qui de hoc criminis imperatur. Requiritur tamen quod procedant iudicia, alias non est quis torturæ subiiciendus ut l. de minore. S. tormenta. ff. de quæsti. & c. cum in contemplatione de regul. iiii. etiam si de grauissimo crimen agatur. C. ad leg. Iul. maie. l. 3. alia tamē sunt iudicia ex qui bus iudicis potest iudicare diffinitiū in causa. vt in l. iudicia C. de nov. dlli. & etiā in criminali. C. de probat. l. sciant cuncti. & ista debent esse ita vehementia quod sint indubitate atque autem essent dubitata sufficerent ad torturam. ita tenet Iohann. Alii in addit. ad Spec. in de probat. l. fin. & in tit. de noto. cri. Quia autem futilia multi multa dixerunt, sed conclusio vera est quod de hoc non potest dari certa doctrina sed relinquitur arbitrio iudicis. l. 3. S. eiusdem quoque ff. de testi. hoc tenet Bart. in l. fin. ff. de quæsti. vbi ad instruendum iudicem ex quibus animum suum debeat mouere ponit etiam exempla subiungens eiuldem iudicis arbitrio omnium plura iudicatae continentur; aut vnum tantum sufficiat. Addet tamen quod et magis debet augeri tortura quo maior suspicio est contra delinquentem. vt not. Bal. in vñib. feud. tit. de controuer. inuesti. c. 1. S. item si vassallus. Qualis autem probatio sufficiat super his indicijs ad subiiciendum quem torturæ dicit requiri duos testes vbi illi deponunt de indicio tantum. iuxta gloss. l. fina. C. famil. hercisc. vbi tamen super delecto vñus tantum sufficeret ad torturam vt voluit gloss. in dicta. l. 3. C. ad leg. Iul. maie. Et addit Bart. vbi supra quod ex eo quod dari debet defensionis copia patri antequam subiicitur torturæ: non sufficerent testes quæ in generali inquisitione fuerunt examinati contra reum, quia non fuerunt examinati ipso citato & existente contradicente. Considera insuper quod etiam vbi alia iudicia extrinseca non procedunt

precedunt ex eo quod reus facit coram iudice, putando loquendo trepidè, pavendo, & variando potest habere indicia sufficientia ad torturam secundum Bart. in dicto S. tormenta. Et inter cetera tormenta: solent inquisitores prefaci criminis indittere ieiunia ad veritatem eruendam: que etiam questiones nomine intelliguntur, quod etiam patet per ethimologiam. Nam tormentum dicitur quasi torquens mentem, nemini tamen dubium quod per ieiunium asperum torqueatur quis. pro quo est gloss. in dicta Clem. 1. de hære. versi. tormentis. In hac tamen confessione per tormenta ex torta requiritur perseverantia in l. 1. S. Diuus. ff. de quæst. oportet enim secundum Bart. ibi, vt ille qui fuit confessus in tormentis reducatur in loco publico iudicij, & ibi coram testibus & notario confiteatur, seu ratificetur confessionem primam; & caraberatur de conscientia, & quoniam in supponendo reum torturæ de grauissimo pro indicio agitur: obseruat communis consuetudo, quod prius debeat solennis aduocatorum disputatio coram iudice fieri super hoc, an sit torquendus vbi aduocatus rei debet admitti: vt pro eo allegetur vñi si postulauerit. S. quæst. de adulte. & per gloss. l. legis virtus. ff. de legib. sed ibi questioni & examinationi non debent interesse. ita tenet gloss. in authent. de testib. S. quia vero in gloss. super versic. aduocatorum, & gloss. videtur idem velle in l. 2. circa principi. C. de iur. cal. ita determinat Bartol. in l. custodias: ff. de publ. iudi. & in dicta l. legis virtus. & propter gravitatem preludij est inducere, quod in hæresi nec inquisitor sine ordinatione, nec ordinarius sine inquisitore procedat ad faciendum reum torqueri. sed ambo simul. vt est text. in dicta Clem. 1. S. 1. Potest etiam fieri probatio per testes. Sed dubitatur, quo testes debeat interrogerentur. Quidam dixerunt ad

effectum donidem nationis non sufficere duos testes, pro quo allegant. excommunicatus §. addicimus. de hære. & hoc non. Hoc in summa eod. tit. §. qualiter, vbi subiungit, quod iniquum videatur qd de tanto crimen dampnare ex dicto dno in testium, sed in contrarium facit. c. vt officium. §. verum. eod. tit. lib. 6. Ioan. de ligna. in dicta Clem. i. id fin. dicit non esse dubium, quod per unum testem & famam, quis non potest damnari de tanto crimine non potest refutari literis. & idem tenet Matth. eod. tit. Clem. 2. allegat, non potest probari de presumpt. literas, tandem viderunt quod per alios testes possit damnari, ad hoc quod notat Innocide simo sicut, vbi dicit, quod licet in alijs crimini bus repositis probaciones luce meridiana clariores, tandem in criminibus hæresis sufficiunt minores. C. de hære. l. 2. & secundum hunc levia signa sufficiunt ad conuincendum que in de hæresi de presumpt. literas. Sed hoc dictu Innoc. debet intelligi secundum not in dict. l. 2. & sic trahit Ioan. de Incol. in dict. Clem. Idem tenet Dom. Card. ibi propriez dogmata generalia quae habet qd sufficiunt duo testes ad probandum crimen, his vbi contrarium reperitur, vt in duplicitate universis. & c. in omnibus negotio. de testi. Idem tenet Ioan. A. & Dom. Card. vt officium. §. verum. de hære. lib. 6. & haec opinio mihi videetur vera, pro qua etiam facta glo. not. in simili. 2. q. 4. praful. Nec obstat tex. in dict. §. addicimus, quia non requiritur ille numerus testium ad conuincendum in crimine hereticum, sed ad conuincendum plures, & inde est quod illato remittit hoc arbitrio iudicis, vt si videat expedire pro multitudine hereticorum, nedium tres, sed etiam plures, & adhuc totam viciniā posset a testificando cogere. Est tamen speciale in hoc crimen, quod testes qui alias à iure repelluntur admittuntur in hoc casu in fidei fauorem, ut ipote Indæi. vt cap. contra

Chri-

Christianos. de hære. lib. 6. idem dicerem de alijs infidelibus, quia illi solum repelluntur à testimonio contra fidèles. c. pagani. 2. q. 7. & c. Iudæi. & licet vniuersis. de testi. de quorum numero isti hæretici non existunt. Item quia nō appetit ratio specialitatis in Iudeis, vt illi magis admittantur cum sint pessimi infideles, vt. 1. q. 1. nonne. de quo superius dictum est. Admituntur etiam excommunicati & participes & socij criminis in testimonium: præsertim in defectum aliorum testium: & sic hæreticus contra hæreticum admittitur, vt dicit tex. in. c. in fidei fauorem. de hære. lib. 6. & per illum tex. dicit Panor. in. c. literas. de presum. etiam fratrem esse cogendum contra fratrem super prædicto crimen ferre testimonium. Admitterem etiam domesticos & familiares eorum, quoniam cum istud crimen secretum sit: melius & aptius per familiares quam per alios probari poterit. vt. l. consensu. C. de repu. quinimo etiam serui contra dominos, cum tormentis admittendi forent, quia admittuntur in crimen lese maiestatis. C. ad leg. Iul. maie. l. fi. ergo à fortiori in crimen heresis, cum longe gravius sit æternam quam temporalem lacerare maiestatem: & hanc argumentationem facit tex. in simili. in. c. vergentis. de hæret. Ad idem text. cum glo. 12. q. 2. questionem. periuri etiam admittuntur dummodo contra se & contra alios in hoc crimen attestentur: dum tamen ex manifestis apparuerit indicijs, tales non animi levitate, aut odio formite, seu corruptione pecuniae, sed zelo fidei orthodoxæ vel le deponere, aut dictum suum quod ante in forma testimoniij deposituerant emendare & corrigere, ac quæ prius tacuerunt reuelare: & hoc in fauorem fidei specialiter conceditur. vt. c. accusatus. §. licet. de hære. li. 6. ex quibus limitabis tex. in. c. præterea. de testi. cogen. quatenus de corrigendo dictum testis loquitur: & not. per Bar. in. l. eos. ff. de fal. Aduerte tamen iuxta hoc, quod cum isti inhabiles admittuntur:

d 3

tuntur, ita demum eorum dictis fides adhibetur, si ex veri similibus coniecturis, & ex numero testimoni, & ex qualitate deponentium, quam eorum contra quos deponitur, ac illis circumstantijs sic testificantes non falsa dicere presumatur, vt in dicto. c. in fidei fauorem. conspiratores tamen & inimici non admittentur, sicut, nec in alijs exceptis criminibus, pro quo optimus tex. de simo. per tuas. el 1. & not. hoc, quia valet generaliter ad omnes casus in quibus minus idonei testes admittuntur. Quid autem considerare debeat in alijs exceptis criminibus, circa testes criminosos, vt admittantur. vide glo. 1. q. 1. si quis episcopus. & 2. q. 1. Deus optimus. & per Doct. in dict. c. per tuas. de simon. Intellige tamen praedictos inhabiles testes in hoc crimeni admittendos fore, contra haereticos credeentes fautores & receptores, & defensores eorum: non tamen sic esset si pro eorum parte inducerentur ad hoc, quod de hoc crimeni se purgarent: eo enim casu requirentur testes omnino integri sine aliqua suspicione & catholicę fidei zelatores eod. cit. cap. filij. in fin. An autem huiusmodi suspecti testes cum examinantur, sint tormentis subiiciendi, vide gl. 5. quæst. 6. in summ. quæ dicit quod sic, si est seruus vel vilis persona, vel si sit liber & sit criminatus & infamis, vel obscurus, vel ignotus, tales enim sine tormentis non admittuntur, torquetur etiam qualibet libera persona, licet non sit vilis dum tamen vacillet in testimonio de materia, tamen vide Bart. in L. ex libro. ff. de quæsti. Sed quæro iuxta praedicta, an id quod dictum est de minus idoneis testibus admittendis in crimeni haeresis, habeat tantum locum quando proceditur per viam inquisitionis, aut etiam id est cum proceditur per viam accusationis vel exceptionis. Et videtur & sic, quia eadem est ratio, scilicet fidei fauor & odium criminis, ergo idem ius de rescri. inter ceteras cum fami. Contrarium tamen concludit gl. in d. c. in fidei. quia ab illo

ab illo iure regulari quo cauetur tales personas ad testimoniū admitti non debere non est recedendum, nisi in quantum reperiatur à iure permisum. Qui ergo accusat vel excipit habeat probationes idoneas, nec est accusatio fauorabilis, vt inquisitio ad hoc. 2. quæst. 7. si quis episcopus. & verbum istud inquisitionis debet aliquid operari, alias quare fuisset expressum. de deci. ad audienciam cum concor. & sic transit praedicta gloss. Sed contrarium tenet Archidia. in dict. cap. in fidei. & allegat. 2. quæst. 7. cap. haereticus. Sed Ioan. And. tenet glo. in nouel. & ad cap. si haereticus. respondet quod non tenet vt ibi dicit gloss. & hoc idem probat tex. in dicto cap. in fidei. quia si ille text. teneret, non esset necessaria dicta decre. & sic transit ibi Domi. simpliciter recitando praedictos Doct. Ego tamen potius tenerem opin. Archid. pro quo facit quia eadem ratio est utrobique, scilicet fauor fidei, ex qua ratione etiam in penalibus attento quod expressa est in lege argui potest ad simili. vt ex text. instit. de legi. patro. succe. in prin. & glo. in Clement. 1. de elect. & cap. 1. de tempo. ordin. libro. 6. Præterea dispositio praedicta non est odiosa immo fauorabilis cum non in odium haereticorum principaliter, sed in fauorem fidei sit inducta. vt text. ibi innuit in princip. Vnde illud est considerandum, & non odium haereticorum quod venit in consequentiam, iuxta gloss. cap. sciant cuncti. de electio. libro. 6. & 1. qui exceptionem. ff. de condi. indeb. Nec est simile de accusatione in alijs criminibus intentata, & de accusatione facta in crimeni haeresis. Nam etsi in alijs criminibus accusatio dicitur genus illaudabilis intentionis, iuxta moderationem praedictam: non tamen sic est in crimeni haeresis, vt in superioribus diximus. Posset etiam dici quod ille text. non se restringit ad processum inquisitionis, quia non dicit cum proceditur per viam inquisitionis, sed dicit in

fidei suorem concedimus, vt in negotio inquisitionis hæreticæ prauitatis, & loquitur Papa inquisitoribus, vt patet in superscriptione, de quibus certum est quod licet per viam accusationis possunt procedere appellantur tamen inquisitores, & eodem modo ex eorum nomine appellatur negotium inquisitionis licet per viam accusationis vel exceptionis cognoscant & per hoc fundata manet satis ista pars & responsum restat ad motiva contraria, & quia in tanto criminis cum multa oportet cautela procedi in examinatione testium quos recipi super crimine prædicto contigerit debent adhiberi duæ religiosæ & discretæ personæ in quarum præsentia per publicam si potest haberi personam, aut per duos viros idoneos fideliter eorundem testium depositiones conscribantur, pertex. in. c. vt officiū. §. verum. de hære. lib. 6. & pondera illum tex. qui requirit interuentum prædictarum personarum nedum in examine testium, sed etiam in describendo eorum depositiones. & prædicta practica examinandi testes potest & iuste debet obseruari in omnibus arduis causis, vt sine omni suspicione res procedat. ita tenet Panorm. de elect. quia propter. & c. cum causam. de testib. & quo liberior sit facultas in his procedendi datur facultas, & iure religiosis, qui ante cum essent in seculo erant notarij, ac etiam clericis, qui ante clericatus ordinem notariatus officio fungebantur: vt in hac examinatione & in alijs huic officio incumbentibus officium prædictum notariatus exerceat, vt dict. c. vt officiū. §. ad conscribendas. Probatur etiam hoc crimen per instrumenta, vt potè si apud aliquem reperiantur libri improbatæ lectionis secundum Archid. & Ioan. And. in dicto cap. filij. Sed ego crederem ultra hoc requiri alias conjecturas ex quibus iudex informet animum suum: poterat enim esse quod erant in domo sua nesciente, aut quod habeat illos libros vt deprehenderet errores hæreticorum:

non

non ad illos sequendum & imitandum, sed potius ad confundendum & impugnandum: iuxta text. in cap. qui de mens. & in. §. sed contra. 37. dist. An autem alias delictum probari possit per instrumentum, remitto ad gloss. capit. cum in ecclesijs. de maior. & obedien. & cap. cum in positionibus. de iure iur. lib. 6. & per Ioan. And. in regula semel malus de regul. iur. lib. 6. in mercu. & per Bart. l. in senatus. ff. ad turpill. & per Bald. in. l. contra negantem. C. ad l. acqui. & Salic. in. l. fina. C. de proba. Probari etiam potest crimen hæresis per præsumptiones, sed propter gravitatem præiudicij requirentur evidenter coniecturæ. Nā etiam si quilibet crimen probari queat per iudicia. vt in dicta. l. fina. C. de probat. & latè per Ioann. And. in addit. ad Specul. tit. de probat. circa finem. Sed quo magis crimen est graue maiores præsumptiones, & etiudiora iudicia requiruntur: sic probat tex. not. cum glo. in dict. cap. literas. de præsump. & ibi tenet Panormit. quando tamen ex præsumptionibus iudicatur, temperare debet iudex poenam aliquantulum. vt not. Innocen. de præsumpt. quia verisimile.

Q V Æ S T I O . X I I I .



Ecimoquarto quæro, de publicatione testiū sienda in hoc criminis. Ad quod dicas quod fieri debet, sicut & in alijs causis, vt reus habeat facultatem se defendendi. Si tamen propter potentiam personarum contra quos deponunt graue periculum imminere speraretur ex publicatione nominum prædictorum: tunc non publicè, sed secreto coram diceceano, vel ipso absente coram eius vicario vbi inquisitores procedunt, quando vero procedit episcopus coram inquisitoribus, & vitroque calu coram alijs personis

d 5 prouidis

prouidis & honestis iurisq; peritis, huiusmodi publicatio est fienda, vt efficacius huiusmodi periculis occurratur, episcopus vel inquisitores præfati poterunt super his secre tum indicere illis, quibus hanc publicationē facient: & in eos si arcano consilijs, seu processus patefecerint excommunicatis sententiā quam ex secreti violatione ipso facto incurvant, poterunt promulgare, pro quo est tex. in. c. fi. §. pen. de hære. li. 6. Sed occurrit dubitatio, an vbi simile peri culū occurreret etiam in alijs criminibus possit huiusmodi publicatio omitti. & Do. Anto. in. c. præterea. de spon. el 2. tenet, q; in materia peccati esset duntaxat hoc admittendum, pro quo inducit text. ibi. sed Pan. ibi dicit, q; pro & contra facit tex. in. d. c. fin. contra facit inducendo per locū à speciali: pro quo facit inducendo generaliter, sed ipse stat primo dicto. Ego tamen tenerem, q; cū dispositio illius capituli sit exorbitans à iure: exceptio à cōmuni regula iuris non habebit locum, nisi in illo casu expresso, & vbi similis casus occurreret, quod vix posset contingere, atten ta grauitate huius delicti. Nā casus excepti à communib; iuris regulis non extenduntur, nisi vbi est per omnia eadē ratio, vt tenet gloss. in. l. r. C. de condi. inde. & in. l. illud. C. de sacro. eccl. & tex. c. cum déliſta. de confir. yti. vel inuti. nec dictum Dom. Anton. placet indistinctè, quoniam ille tex. c. præterea. loquitur quando agitur de modico præiudicio vt potè de sponsalibus de futuro, imo fundatur contrarium ex eo in quantum probat, quod si sponsalia effent iurata, illud non foret admittendum.

Q V A E S T I O X V .



Ecimoquinto quero de sententia ferenda in crimen hæresis, & de poena huius delicti. Modus autem qui debet obseruari est, quod ante quam sententia feratur, inquisitores præfati & episcopus

episcopos faciant secum conuenire viros sapientes & doctos, Deum timentes, cum quorum consilio procedere habent ad sententiam ferendam, vt cap. vt commissi. de hære. lib. 6. & si videatur eos iudicandos fore hæreticos, tunc eis citatis debet sententia declaratoria ferri contra eos, per quam declarentur hæretici & seculari curiæ tradendi, ac bona eorum occupanda fore per eos ad quos spectant. vt cap. cum secundum leges. eod. tit. & lib. quia eidem seruantur vbiunque poena ipso iure imponitur, vt not. gloss. cap. commissa. de elec. eod. lib. & per Ioan. And. & Domin. c. pro humani. de homic. ep. l. 16. Poena autem hæreticorum est, quod sunt excommunicati ipso iure, & postquam per iudicem ecclesiasticum fuerint de hoc crimine damnati, tradi debent iudici seculari, animaduersione debita puniendi, clericis à suis ordinibus degradatis: bona autem hæreticorum si fuerint clerici, applicatur ecclesijs in quibus fuerant: beneficiati. Si vero laici extiterint, fisco seculari. in cap. excom. nunciamus. el. 1. de hæret. in princip. & de hoc vltimo est text. eod. tit. libro. 6. Hodie tamen bona hæreticorum in tres partes diuiduntur, quarum vna assignatar domino temporali, alia officialibus inquisitoris, tertia vero ipsi officio, vt in extrauagan. Clement. sed illa tantum loquitur de inquisitoribus Italiz: & sic ad alias provincias non extenderetur, iuxta not. per Innocen. & Ioan. And. in simili in cap. 1. de loca. Lex enim Frederici Imperatoris quæ est tertia & incipit Patarenorum, dissidat & bannit hæreticos credentes fautores; & receptatores eorum ac perpetuæ infamie eos subiiciat, & istæ leges Frederici sunt approbatæ. capit. vt inquisitionis. in princip. de hæret. lib. 6. Sed iuxta præmissa quæro, quæ poena debent puniri per iudices seculares, quorum potestati relinquuntur. gloss. tangit questionem in capit. excommunicatus. el. 2. eod. tit. & dicit quod poena vltimi

na vltimi supplicij. Host. & Ioan. And. in. c. ad abolendam.
cod. tit. tenet q̄ poena ignis; debent ergo cremari secundū
Euangelium Ioan. 15. c. Si quis in me non manserit: mitte-
tur foras sicut palmes & arescet. & colligēt eum & in ignē
mittent & ardet. Et ius ciuile punit hæreticum poena mor-
tis. vt. l. Arriani. C. de hære. iuncta. l. vltimum supplicium.
ff. de poenis. & sic transit recitando prædictos. Doctores.
Panor. in. d. c. ad abolendam. idem tenet in cap. excommu-
nicamus. el. 2. eod. titul. sed ista fundamenta non probant.
Nam illa autoritas Euangeliū non intelligitur de hæreticis
tam̄p, sed etiam de his qui recedunt à Deo per defectum
charitatis; nec loquitur de igne materiali, sed de igni infer-
nali: leges etiam ciuiles superius inductæ loquuntur de
poena mortis, non tamen per ignem infligenda, quod vbi
iura volunt exprimunt tanquam seuerissimā & atrocerū
poenam: vt patet in multis casibus, quos enumerat Salic.
in. l. vnica. C. de vile. age. non rumpen. inter quos non enu-
merat istum, vnde crederem ignem ip̄sis dari potius ex
consuetudine quæ est optimæ legum interpres, quam ex
aliqua expressa iuris dispositione. Vassalli autem & alij
quicunque eis tenebantur a stricti debito fidelitatis, vel do-
minij, aut alicuius obsequij: ipso iure ab omni huiusmodi
obligatione sunt liberi. vt est text. de hæreti. capit. finali.
Quo ad poenam autem confiscationis bonorum quæ-
ro de quæstione not. supposito, quod bona hæretico-
rum confiscata debent diuidi in tres partes vt dictum est.
Pone quod habens immobilia Ferrariae per Inquisitorem
Florentinum sit Florentia legitiime condemnatus de hæ-
resi, ad quos illa bona pertineant. Io. Cal. disputauit istam
quæstionē & arguit primo, q̄ illa bona licet sint sita Ferra-
ria pertineant ad officiales & commune Florentia post-
quam ibi fuit de hæresi condemnatus; nam bona veniunt
accessoriæ, & in consequentiā ad personā quæ cōdemna-
ta est

ta est Florentia, & regulæ accessoriū, dereg. iur. lib. 6. &
c. de prudētia de dona, inter vir. & uxor. scđc aux. & arg.
legacum aurum, in suo faciunt ad idem not. per glo. in. c.
quod ad te de clementia & C. de exact. tribu. l. fi. lib. 10. vbi
in publicandis bonis, attendit locus personæ quæ deli-
quæ. Serm̄dō sic dicit lex: vbi quis in iusticiam fecerit ibi
poena subeat delictorum, vt non aliud tale quicquam aga-
re præsumat ad exemplum respiciens, vt in auth. vt iudi-
cione quoquo suffira. §. si quis autem col. 2. & canō dicit, ibi
vindicetur iniuria vbi plectibilis est orta præsumptio. 23.
q. 4. si illic Item officiales Florentini laborauerunt in pro-
cedendo & condemnando hæreticum, ergo bona viden-
tur eis debita ratione laboris, & officialibus Ferratiensis di-
cendum est: qui non laborat non manducet: de censi. pro-
curationes & nō ff. de dāmfect. quantit. Tertioratione
personæ soritur quis fortunā etiam super rebus alibi sit, c.
sanè de foro emper. C. vbi in rem actio l. vlt. & ibi not.
Quarto pro hoc facit. c. cum secundum leges de hæretib.
6. debet enim intelligi ille tex. de domino temporalib. illius
loci cuius erat episcopus quiculit sententiam. ad hoc opti-
mè. l. Tit. 1. §. catores ff. de admitt. In communione vide-
tar q̄ ad officiales officij inquisitionis Ferrariae & commu-
ne illius ciuitatis pertineant bona ibi statuerit alibi sit facta
condemnatio. Primo quia dispositio super rebus cōcepta
debet referri ad superiorē loci vbi res sit, vbi cunque
fuerit dominus dictæ rei, pater hoc in foris dictione, vt dictum c. sanè. & c. ex parte. & c. fin. eod. m. idem in supplica-
tione negligit. 10. q. 2. caselas. & Clem' equa regulares.
de sup. negli. præla. Item cum bona hæreticorum sine con-
fiscata, vt prædictum est & occupatio sit fienda per procu-
ratorē in prouincia deputatum, vbi sunt illa bona. C. de
boni. vacan. l. si quando lib. 10. ergo ad Florentinos prædi-
ctos pertinere non poterunt adident facit. c. postulasti de
foro

62. Gondifal de Villadiego Hisp.

foro compere, & licet cum unus fidei bonorum iudi possit, & c. Romana §. contrahentes de foro competere lib. 6. & de haeret. ut officium. & c. per hoc eod. lib. & pro ista secunda parte cōcludit: & hanc firmat per iurapro hac parte inducta: & ne detur confusio iurisdictionum. De tertio vero parte inquisitorum dicit, quod debeatur illis de Florentia natione laboris quem sustinuerunt: & cu his se expedit de ista quæstione. Petrus de Ancho. in repet. c. accessorium. de regul. iur. lib. 6. & ista conclusio mihi placet, cum iura quæ de confiscatione prædicta loquuntur ad bona referantur, & in rem sint concepta. Ad quod facit doctrina Bart. in l. cunctos populos. C. de somm. Trinit. An autem in hac confis-
catione veniant bona quæ haereticus tenebat in feudū vel emphyteusim ab alijs, vide latè per Specul. rit. de feud. §. 1. versic. 40. & per Bart. in l. si finita. §. de vestigibns. ff. de damn. infect. & per AEgid. de Bellam. decis. 375. Quid autem si vir sit haereticus, an propter hoc dos vxoris sit confiscata. Dicas quod non, nisi vxor sciens à principio cum esse talen ipsum in maritum acceperit, vt in cap. decreuit. de haeret. lib. 6. ex quo habes unum casum in quo dos con-
fiscatur. An autem propter vxoris haeresim consideretur dos, videtur quod non per l. quinque legibus. ff. de bon. damn. quia iste casus non est de illis. Sed ego dicere con-
trarium. Nam ex quo in crimen læsa maiestatis illud ha-
ber locum ut ibi ergo à fortiori in crimen haeresis, sic ar-
guit text. de haere. vergentis, ybitamen vir vel vxor in ha-
eresim laberetur qui fidelis eorum manet posset propria
autoritate ab alio recedere. Si tamen ille haeresim abiu-
raret, cogeretur ad eum redire, quod intellige si sine iudi-
cio ecclesiæ ab eo recesserat, secus si iudicio ecclesiæ fit
tamen ista separatio quo ad cohabitationem, non quo ad
vinculum probatur hoc in cap. de illa. de diuor. & eo. casu
quo fidelis recederet, totam dotem aut donationem pro-
pter

Tract. contra haeret. prauit. 63.

pter nuptias recuperare deberet. de dona inter virum & uxo-
rem. c. 1. & consulum est coniugi catholico ab haeretico
separari ne seducatur ab eo, & in errorem labatur. & pro-
pterea Dominus præcepit. Deutero. 7. dicens. Filiam tuam
non dabis filio eius, neque filiam illius accipies filio tuo,
quia seducet filium tuum ne sequatur me, & ut magis ser-
uit diu alienis. Insceturque furor Domini, & delebit te
cito. Si autem non conuincantur de haeresi sufficienter hi
contra quos proceditur, sed alias de hoc crimine inuen-
tiantur suspecti: tunc iuxta considerationem suspicionis
qualitatumque personæ debent canonice se purgare, quod
si renuerint excommunicandi sunt usque ad satisfactio-
nem condignam, & si per annum in excommunicatione
perstiterint, sunt velut haeretici condemnandi. ut in dicto
cap. excommunicatus. el. 2. in. §. 1. Vbi vero fulciperet
purgationem, & in ea deficeret tanquam de criminis con-
victus haberi debet quod in omni criminis est generale,
vt c. inter solicitudines. de purg. cano. & cap. tua. de coha.
cleri. & mulie. Est & alius modus procedendi contra su-
spectos prædictos, ut iuxta quantitatem suspicionis & alijs
debitis circumstantijs consideratis discreta poenitentia ei-
s. iniungatur, atque præter iuratoriæ cautionem, ab ipsi suffi-
cens exigatur securitas, scilicet, de certa poena soluenda, si
poenitentiam non impleuerit ut saltē poenæ temporalis
timore debeat coerceri, pro quo est tex. c. literas. de præ-
sump. in fine. Et vbi ipsi in vita non impletuerint hanc poeni-
tentiam iniunctam compellendi sunt eorum haereses eam
adimplere. per tex. in. c. parrochiano. de sepral. & c. in lite-
ris. de rap. & c. à nobis. el. 2. de sent. excom. Secus autem si
poenitentia non iniuncta illi decessisset. vt. c. accusatus. §.
porro. de haere. li. 6. Et vbi prædictus suspectus obligasset
bona sua pro huiusmodi poenitentia iam iniuncta adim-
plendarat, sicut bona huiusmodi in quemcunq; etiā parti-
cularem

cularem successorem dictorum bonorum cum prædicto onore , ut probat idem text. §. si vero . qui tex. fatis aperte terminat illam difficultatem , an pro delicto bona delinquentis sint tacite obligata fisco , de qua per glo. in l. rescriptum suffide pacis & in l. auferitur . §. fiscus. ff. de fiscis. fisci. & per Bart. utroque & etiam per eum in l. post contractum. ff. de donat. & per illum textum dicti. c. accusatus. §. si vero videtur fundari q̄ non inducatur illa tacita hypotheca secundū Petru de Ancho. ibi. sed ego dicerem q̄ ille text. nō facit ad propositum loquitur enim de poenitentia iniuncta suspectis de hæresi non autem de bonorum confiscatione quæ sunt p̄sp. p̄le contra coniugios de hæresi , hoc tamē indubie probat ille text. quod pro poenitentia alicui iniuncta non sunt bona illius tacite hypotheca cum ibi expressa fuerit facta bonorum hypotheca. Quo ad questionem autem principalem Bart. in dicta lege rescriptum tenet quod sint tacite hypothecata fisco , sed non tali hypotheca quæ faciat profari creditoribus ipsum fiscum : sed in dicta lege auferitur . §. fiscus. & in dicta lege post contractum : indistincte tenuit tacitam hypothecam illo casu cessare : sed quia de hoc principaliter hic non agitur : remitto ad not. plenē per Bal. in dicta rescriptum. vbi videbis longam distinctionem quæ euacuant istam materiam satis ad longum.

Q V A E S T I O X V I .

Decimo sexto quæro de pena imponenda contra credentes fautores & receptores hæreticorum , hoc determinatur per textum in dicto. c. excommunicamus. §. credentes. de hæret. vbi tex. decernit tales excommunicationi subiacere : & si taliter excommunicatione nodatus satisfacere neglexerit in-

frā

fra annum ex tunc efficitur infamis & excluditur ab officijs publicis & cohsilijs: nec ad eligendos alios publicos officiales , nec in testem admittitur & efficitur intestabilis actiue & passiuē & alio multe poenæ contra tales ibidem imponuntur , quæ causa breuitatis omittantur. Prædicta vero sunt quarenas de credentibus. In his qui credunt hæreticos fore bonos ad catholicos viros & fauent eis. Si tamen crederent eorum erroribus : eo casu esent hæretici iudicandi , tanquam à fide deviantes , vt in c. penul. §. fina. eodem titul. Sed iuxta hoc quæro , ex quibus actibus dicatur quis præstare auxilium siue opem aufauorem hæreticis Archid. & Ioan. And. in cap. quicunque. eodem titul. lib. 6. latè prosequuntur hanc materiam. Sed tu dicas , quod interdum præstat auxilium de iure , vt puta exercendo officiū aduocationis siue procuratiōnis pro eis , ad quod faciunt not. per Hostien. in cap. proposuit. de cle. excom. mini. & text. in cap. si aduersus de hære. Quandoque non per viam iuris , sed venia siue misericordia obtinendæ: & licet illud regulariter licitum sit , vt l. si fuerit. ff. de re. du. & l. in metallum. & in l. Diuus. ff. de poen. tenet Barto. in l. in furti. §. ope. ff. de fer. In foro tamen conscientie dicere , quod ibi non esset spes de correctione illud esset illicitum & videtur impendi fauor delinquenti. Ad quod induco gloss. 23. quest. 5. reos. Sed in criminе hæresis generaliter dico non licere , etiam ibi spes esset de correctione. Nam si hoc obtinet in criminē lessa maiestatis: vt non licet pro criminoso in illo criminē supplicare , vt l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. à fortiori in criminē hæresis locum habere debet. cum longè gravius sit æternam quam temporalem lædere maiestatem. de hæret. vergentis , ad quod facit gloss. sexta quæstione prima. si quis cum militibus. Quandoque præstatur fauor alias extra iudicium , & tunc prosequere materiam , vt latè prosequitur e gloss.

gloss.in.Clemen. i. de pœn. & in cap. primo. de offic. dele³ga. & in capit. notum. 2. quæst. i. & per Innocen. de homi. sicut dignum & per Bart. in dicto. §. ope. & per Salyc. in. l. non eo minus. C. de accusat. & licet alias receptatores delinquentium frerorum sunt consanguinei. mitius puniantur. vt in. l. 2. ff. de recepta. Hoc tamen non putarem in hoc criminе hæresis locum habere: cum & pro delicto patris filij puniantur propter tanti criminis atrocitatem. vt dicta l. quisquis & dictum. c. vergentis. & c. quicunq;. §. filij. eo. titul. libro. 6. licet ipsi non deliquerint. quanto magis non esset eis habenda misericordia. vbi tales flagitosissimos receptarent: eorum delictis quodammodo per hoc communicantes, sed in hoc ultimo cogita.

Q V A E S T I O X V I I .

Decimo septimo quæro. An pœnam infictā à iure contra hæreticos possint iudices, qui de hæresi iudicant minuere, vel etiam ex causa augere aut mutare. Respondeo quod sic. Nam hoc generale in omnibus criminibus. vt in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. in fam. & l. & si seuerior. & l. si possidonium. C. ex quib. cau. infam. inrro. Vnde hæc regula non reperiatur violata, in criminе hæresis debet idem in eo quod in alijs iudicari. Quæ autem sint iustæ causæ minuendi pœnas delictorum, ad hoc respondet gloss. in dicto. §. pœna grauior. dicens multas fore causas. Potest enim minuti pœna ratione senectutis vel itiuentutis. vt. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minorib. vel quia sine dolō deliquit. ff. de poen. l. si quis aliquid. §. instrumenta. & l. absensem. §. finali. & l. respiciendum. §. delinquent. eodem titul. Augeri autem posunt pœnæ, quando multitudo est in delicto: quia multis

graſſan-

graſſantibus opus est exemplo. ff. de pœnis. aut facto. §. finali. Sed istud ultimum limita verum vbi multitudo illa patenter & sine scandalo pœnā sustineret. Si tamen scandalum timeretur de punitione multitudinis detrahendum esset proper multitudinem severitati & rigori. ita tener gloss. not. in capital. comedationes. 4. distinctio. & in cap. latores. de cler. excommu. minist. At vbi multitudo veller errorem suum pertinaciter defendere feuere essent puniendi, vt voluit glossa in dicto capitul. comedationes. & in capit. quoties. el. 2. 1. quæst. 7. vel si confidentes in multitudine vsum peccandi sibi fecissent, vt in cap. primo. de pœn. distinctione. 6. Si tamen ista cessarent, & parati essent illi multi corrigi, & de eorum correctione esset spes: ex misericordia mitius esset cum eis agendum. 50. dilt. vt constitueretur. & cap. ff. de transact. & dict. cap. comedationes. cum multis simi. Quot autem dicantur multi. vide glo. in dict. cap. latores. De modo autem extir pandi vitium à multitudine. vide text. not. in dicto capit. comedationes. & de modo puniendi multitudinem delinquentem. vide omnino text. in dicto capit. latores. Quæ autem sint consideranda in agendis siue diminuendis pœnas. vide text. in. l. respiciendum. & l. aut facta. ff. de pœnis. & in. l. secunda. ff. de termi. mo. & gloss. 2. quæstione. 3. §. notandum. Reperitur tamen vnum speciale iuxta hoc in criminе hæresis, quod licet sit regulare in alijs criminibus quod vbi pœna venit ex causa augenda vel minuenda, illud debet iudex facere in sententia: non autem potest post sententiam, vt voluit glo. in. d. §. pœna grauior. & d. l. si seuerior. in tantū, vt etiam si de innocentia cōdemnati post sententiam cōstet: id tamen quod sententiatū est sine principiis licentia, immutari nō pōt, vt in. l. 1. §. fin. ff. de quæsti. & l. Diui. ff. de pœnis. tamen in hoc criminе est speciale: vt etiam post sententiam possit pœna mitigari vel mu-

e 2. tari,

tari, cum usum fuerit iudicibus expedire. ut est not. in cap. vt commissi. §. necnon de hæret. lib. 6. Sed illum text. ego intelligerem strictè in terminis, in quibus loquitur cum exorbitet à iure communi, videlicet quando redeuntibus ab hæresi vel alias suspectis est imposita poena carceris vel alia huiusmodi. Secus autem ubi quis esset tanquam hæreticus condemnatus, quod enim non mutatur quare stare prohibetur. C. de testam. sancimus, & de appell. l. præcipimus. Vnum tamen non omissum quod alteratio pœnæ, quæ est necessaria. nedum potest fieri in sententia, sed etiā post sententiam: vnde si condemnatus in pecunia propter crimen non potest soluere; index ex halo poterit ad pœnam corporalem intermittere, & hoc obtinet in quoque crimen. pro hoc. ff. de in ius voc. l. fin. & de iure omn. iud. l. fin. quis id quod. §. seruos. Cautius tamen faciet index si formet sententia in bimembrem, hoc modo, videlicet cōdemnare in pecunia, & nisi solueris infra talēm terminū mando quod patiaris talēm pœnam corporalem. ita not. Bald. in. d. l. etiā seuerior. faciunt not. in simili per eum in l. cum iudex. C. de sententijs.

Q V A E S T I O X V I I I .

Decimo octavo quæro. An in causa hæresis licet appellare: & distingue, quia aut est lata diffinitiua & ab ea non licet appellare, vt in. c. vt inquisitionis. §. primo. de hæret. lib. 6. ibi cū dicit condemnatus. Act grauamen contingit in processu causæ & tunc potest appellari secundum Archi. ibi. Nam nulli est neganda legitima defensio de except. cum inter. Et ne innocens grauetur præmissum est omnibus oppressis appellare. 2. quest. 6. c. 2. & 3. nec obstat ille tex. in. d. c. vt inquisitiones. secundum eum imo facit, pro quo loquitur de illis

de illis de quibus iam constabat per sententiam latam fore hæreticos. Sic etiam constitutio Innocentij Quarti. de qua hic fit mentio dicit. Item appellations & proclamations huiusmodi personarū, &c. & alia constitutio quæ incipit. Commissis nobis cœlitus sic dicit. Igitur proclamations & appellations beneficium ab hæreticis receptoribus & sautoribus eorum penitus amouemus. Ex quibus verbis apparet, quod de his quos hæreticos esse constat prædicta iura loquuntur. idem sequitur ibi Ioan. Andr. Hi enim quos constat esse tales nullo iuris beneficio gaudere debent. ut in authen. de priuileg. do. circa medium. & in tam graui criminē cum multa debet cautela procedi. de hæret. vt officium. §. verum. libr. sexto. Idem Gen. idem sequitur Domi. qui ex prædictis infert, quod ubi lex, vel statutum tollit remedium appellandi à diffinitiua: non videtur tollere ab interlocutoria, quod est notandum, & pro hoc ego induco doctrinam Innocent. in capit. significauerunt. de testib. & in capit. penult. de noui oper. nuntiat. ubi tener quod & etiā in iudicio possessorio non admittatur appellatio, vt in. l. vnica. C. si de nomen. po. Illud tamen est verum in diffinitiua quo casu iura loquuntur. Secus autem in interlocutoria, de qua non disponunt, tollendo remedium appellandi ab ea: quod etiam iustificari posset, quia eo magis admittenda est in hoc casu appellatio ab interlocutoria: quia grauamen non est reparabile per appellationem à diffinitiua per ea quæ no. in. l. ante sententiam. ff. de appellat. non reci. & in. l. ante sententiæ. C. quo. appell. non reci. & per gloss. in Clemen. i. de hæret. in versi. ipso iure. quæ optime facit ad hoc quod quantumcunque lex, vel statutum tollat appellationem non tamen tollitur facultas appellandi: ubi propter dolum iudicis vel aduersarij esset sententiatum, & præsumitur dolus in iudice si erat capitalis inimicus eius contra quem

pronuntiat. vt. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cum quidam. Probatur autem prædicta conclusio ex text. l. diem proferri. §. stari. iuncta. l. ita demum. ff. de arb. & l. 3. C. eo. Dolus autem aduersarij colligitur ex his quæ dicit text. in dicta. l. ita demum. videlicet si corrupti iudicem vel pecunia vel ambitione vel aduocatum, aut procurationem partis aduersarj & generaliter si in lite dolose versatus est. & hanc conclusionem firmat Bald. in capit. pastoralis. §. fina. de offic. deleg.

Q V A E S T I O X I X.



Ecimono no quero de executione fienda cōtra condemnatos de hoc crimine. In quo est dicendum, quod si sunt ecclesiastici viri tūc per Inquisidores, & ordinarios fiet executio in bonis eorum. Vbi vero seculari iudicii sunt tradendi: debent prius à suis ordinibus degradari, quod generale est in omni criminē, vt in cap. cum non ab homine. de iudic. & in cap. nouimus. de verb. signi. vbi textus dicit, quod cum maxima clementia per ecclesiasticum iudicem sunt tradendi precibus interpositis apud eum, ne ad mortem vel membra mutilationem procedat. Secularis tamen potestas faciet executionem corporalem, proptiura volunt. Illud enim cōuenit iudiciecclesiastico propter suam modestiam & ecclesiæ clementiam & hoc incumbit seculari iudicii propter rigorem disciplinæ & iustitiae conseruandum. In degradatione autem prædictorum reperitur sp̄cialiter in hoc criminē statutum, vt non requiratur numerus Episcoporum de quo in capitulo degradatio. de pœn. lib. 6. imo quia tantus Episcoporum numerus faciliter cōvenire non potest, solus episcopus conuocatis Abbatibus alijsque Prælatis & religiosis personis, ac literatis sūz dice-

cesis,

cesis, de quibus sibi expedire videbitur, poterit eos degradare, vt in c. r. de hæret. lib. 6. & licet ille text. dicat quod ille personæ conuocatæ debeant esse de dioceſi, vbi tñ ibi non reperiuntur recurrendum eſſet ad aliam diceceſim ut diciribi loſan. And. in nouel. Sed occurrit iuxta hoc dubitatio. An ista degradatio debeat fieri tantum vbi clericus traditur curia seculari mortis supplicio deputandus. At etiam sit idem quando debet perpetuo carceti mancipari. iuxta formam. c. ex communicamus. el. 2. cod. tit. Pater. mouet ibi quæſtionem, & tandem concludit etiam in ſecundo caſu, ſcilicet, perpetui carceris habere locum prædictam degradationem, pro quo facit ſecundum eum aperitè text. in dicto. c. . ibi cum dicit, aut perpetuo immutandus, &c. Si vero laici fuerint de hoc criminē condemnati ſtatiſ ſine alio adminiculo ſeculari ſunt relinquendi iudicio, animaduertione debita puniendi. Potestates autem ſiue iudices & alij domini temporales officiales ſiue eorum nuntij, taliter ſibi relictos ſtatiſ recipient & fine dilatione debita animaduertione puniant non obſtantibus appellatiōnibus per eos interpoſitis aut interponendis, cum tam ſecundum ius Canonicum quam etiam ſecundum legem imperialem appellatiōnis remedium ſit hæreticis fautoribꝫ ac eorum receptatoribꝫ & defenſoribꝫ interdictum, vt in capitulo, vt inquisitiōnis. de hæreticis libro ſexto. & ex illo textu infertibi gloss. quod ſententia lata in caſa criminali debet ſtatiſ mandari executioni non expectato lapsu decendij, ſed ille tex. iudicio meo probat contrarium, cum ibi permittatur fieri excusatōnem incontinenti ex eo quod in criminē hærefis non admittitur appellatio, vt dicit ibi text. ergo ibi appellatio non excluderetur, quod eſt regulare in omnibus criminibꝫ, in tantum, quod in eis nedum condenmato: ſed etiam tertio permittitur appellare. ff. de appellatiōnibus.

e 4 non

non tamum esset differenda excusatio nec statim esset sien-
da. de materia tamen , quia non est præsentis speculatio-
nis remitto ad no. per Bartol. in.d.l. non tantum. & latius
per eum.l qui vlti. ff. de poen. & per Bald.l.aditos.C.de epi-
sco.audien. & in.l.vnica. C. ne ex deli.defun. Consuetudo
tamen habet, quod in quounque criminē non expectato
decendio ad appellandum mandatur incontinenti senten-
tia executioni , quo ad poenam corporalem, quod intelli-
ge vbi non esset appellatum , de quo remitto ad no. per
Doct.in locis prædictis.& per Canonistas in capit.2. de re
iudi. & quo magis sint astricti huiusmodi seculares pote-
states,& officiales contra hæreticos. huiusmodi execu-
tiones facere : statutum est, quod ad requisitionem dicæfa-
norum seu officialium suorum: aut inquisitorum hæreti-
cæ prauitatis iurent præcisè attendere arque iniuiolabiliter
obseruare & facere à suis subditis obseruari toto tempore
sui regiminis in terris suæ iurisdictioni subiectis:constitu-
tiones editas contra hæreticos credentes fautores & rece-
piatores, atque defensores eorum ipsorumque filios & ne-
potes: & qui iurare id noluerint & seruare velut hæretici,
ac de fide suspecti & infames officio & honore sui regimi-
nis spolientur & sunt inhabiles ad officia publica de cæte-
ro consequenda. vt in capit. vt officium. §.fina.de hæretic.
libro sexto. & vltra hoc prædicti omnes si executionem
sibi iniunctam contra hæreticos præfatos delatam prom-
ptè , prout ad suum spectat officium facere seu adimplere
detractent : aut alias sententiam vel processum iudicum
qui super hoc criminē procedunt directe vel indirecte
impedire præsumperint: & qui scienter in prædictis de-
derint consilium,auxilium , & fauorem excommunica-
tionis sententiam ipso facto incurront: quam si per an-
nam animo sustinuerint indurato: ex tunc velut hæretici
sunt cōdemnandi,vt in dicto capit. vt inquisitionis. §.pro-
hibe-

hibemus. Ex quibus apertè monstratur quām solliciti,
& attenti debeant esse seculares potestates , & officiales
circa ea quæ super hoc criminē eis incumbunt peragen-
da: horrendumque est quod potestates & domini tem-
porales: qui eos debitè modo prædicto non puniunt. Imo
& qui deterius committentes eis fauent: illud domini
iudicium per os prophetæ prolatum incurant . Quia
dimisisti virum dignum morte de manu tua: erit anima
 tua pro anima eius & populus tuus pro populo eius, vt
habetur. 3. Regum 20. Multa etiam flagella diuinæ vltio-
nis quæ in populo propter hoc detestandum crimen se-
uire quotidie cernimus habita de eis vindicta misericor-
diter tollerentur, vt contingit in simili casu. 3. Regum 18.
Ex prædictis infertur ad quæstionem quæ in hac mate-
ria est satis necessaria. Pone: quod iudex Ecclesiasticus
tradit condemnatum de hæresi iudicetur, ut ipsum
puniat. An iudex secularis possit petere a iudice ecclesias-
ticō, ut communicet sibi processum quem fecit contra
condemnatū, ut sic videat an iuste fuerit processum
contra eum vel non, ut in euentum procedat ad exequen-
dum sententiam contra ipsum vel non, Bartolus in.l. Di-
mus. ff. de custod. & exhib. re. tenuit, quod non tenebitur
ad executionem faciendam procedere, nisi processus sibi
exhibeat. & idem tenet in.l. magistratibus. ff. de iurisdi-
ctione omnium iudicium. ad quod allegat text. in dicta.l.
Diuus. ad idem inducit, quod habetur in authenti. de san-
ctissim. episcop. §. si vero. sed Panormit. in capit. primo.
de offic. ordin. reprehendit in hoc Barto. & dicit contra
ipsum esse text. expressum in dicto capit. vt inquisitionis.
§. prohibemus. vbi dicitur, quod de criminē hæresis cum
sit merè ecclesiasticum, nec directe, neque indirecte po-
test iudex secularis cognoscere, sed pura & nuda execu-
tio ad eum pertinet ad requisitionem iudicis ecclesiastici.

e 5 Et hac

Et hæc opinio satis placet, quia fundatur aperte per dictū. §. prohibemus. Sed ego limitarem hoc procedere ubi da retur de iniustitia contra sententiam ad impediendū executionem ad quod etiam faciunt not. per Innoc. in dicto cap. i. de offic. ordin. & in cap. cum in jure. de offi. deleg. & per Archid. 23. que st. 5. administratores, ubi tamen dicere retur eam fuisse nullam, & de hoc exciperetur ad impediendam executionem tunc admittenda foret. hæc ex parte per iudicem secularem exequentem, dummodo in breui posset de ea constare, nec requirere alium in agnem iuxta no. per Bart. in l. 4. §. condemnatum. si de re iudi. Nam nullitas exceptio impediit executionem sententiae, vt in dicto. §. condemnatum. & si cum nulla eod. tir. & cap. de cetero. de re iudic. & per gloss. in. c. pastoralis. Si quia vero. de offi. deleg. & per Innoc. in. c. cum in iure. eo. titu. Nec obstat text. in dict. c. vt inquisitio. §. primo. in fine. ubi dicit, quod iudex secularis statim recipiat cōdemnatos de hæresi, & indilates, sententiam exequatur, contra eos: nam ille text. loquitur de condemnatis de criminе p̄dicto. Constat autem contra quem sententia lata est nulla non esse condemnatum, vt clare dicit text. in dicto. §. condemnatum. Similiter nec obstat text. in dicto. §. prohibemus. eiusdem capit. quia hic non cognoscit iudex secularis de crimine hæresis, quod ibi interdictum. Sed tantum de nullitate sententiae, quod ibidem minime prohibetur. Et pro hac conclusione multum faciunt ea quæ notat Angel. consilio 275. addo etiam aliam limitationem ad p̄dicta, quod ubi iudicis secularii alias constaret sententiam fore iniustum, non deberet ad eius executionem procedere ne animam suam damnaret: iuxta not. per Innocentium in dicto. §. quia vero. capit. pastoralis. & si cogeretur per iudicem Ecclesiasticum per censuras, & alias iuris poenas, potius debet ista humiliter tolerare, quā

mortem

mortem iniustum alicuius inferre, arg. capit. inquisitioni. de sententia excommunic. neque per hoc dici potest quod se intromittit de hoc crimen contra dispositionem dicti §. prohibemus, quoniam non se intromittit cognitionem super p̄dicto crimen, assumendo quod ille text. prohibet, sed ex conscientia priuata quam habet crimen homicidi⁹, declinando quod quemlibet virtutem catholicum decet, & est alia speciale in hoc crimen, quod pro executionibus faciendis & auxilio impendendo contra hæreticos poterunt ecclesiastici indices recursum habere ad protestates & iudices seculares excommunicatos, & de facto & non de iure officia illa & dignitates possidentes: dum modo sine periculo more ad superiores eorum legitimè p̄sidentes recursus nequeat haberi, vt probat text. capit. p̄sidentes de hæret. libri sexto. ex quo text. per locum à speciali dicemus contrarium in alijs casibus, vt ad tales nō recurratur. Ex quo poteris assumere nota. limitationem: & intellectum ad omnia iura quæ dicunt quod iudex Ecclesiasticus debet recurrere ad auxilium iudicis secularis quando opus est. 96. dist. cum ad verum. & 23. q. 5. principes. de offi. ord. c. i. & è contra secularis ad ecclesiasticum: nam vna potestas per aliam iuratur. nō dist. c. quoniam ad quod etiam faciunt not. per Innoc. c. r. licet ex suspecto. de foro comp. & in. d. c. i. de offici. ordi. & per idem intelliges not. per Barto. in. l. vnica. in prim. si quis ius di. non opt. ubi dicit, quod etiam inter seculares iudices potest unus implorare auxilium alterius potentioris. C. de his qui latro. ocul. l. 2. omnia enim. ista debent intelligi modo p̄dicto: & per eundē modū limitabis etiam not. per Vin. & Ioan. And. in. c. per venerabili. §. rationibus. qui fil. sint legi. ubi per illū tex. dicūt quod si causa cōmittitur Ep̄o Paduano, & duo sunt electi, alter canonice, & alter nō, quod intelligitur cōmissa existēti in canonica possessiōe, & idē tenet

Archid.

Archid. 11. quæstione prima. si quisquam debet enim intelligi de illo qui bona fide esset in possessione: secus autem si de facto tantum esset intrusus per prædicta.

Q V A E S T I O X X .



Igesimo quero: an redeuntes ab hæresi indiferenter sint admittendi: & an euadat per hoc poenas criminis. Archid. in cap. vt commissi. §. necnon de hæret. lib. 6. dicit, quod illi qui veniunt infra tempus gratiæ admittendi sunt. Licet enim fuerunt moniti: non tamen sunt coacti, ex quo a nemine sunt præuenti bene facit. ff. ad Tertull. l. i. §. mater. cum se. Sed ipse tenet quod etiam post tempus gratiæ admittendi sunt reintegra, ut pote: quia aliquis non fuit personaliter requisitus, nec contra eum probationes sunt receptæ ad hoc de præbend. si tibi absenti. libr. sexto. Qui tamen post prædicta tempora venerit indignus est venia, licet errorem detegat. & remittit ad not. in. l. prima. C. de his qui latro ocul. & sic recitando ipsum transeunt. Ioan. And. & Dom. ibi. & id quod isti dicunt de tempore gratiæ, innititur consuetudini quam solent seruare Inquisitores hæreticæ præ uitatis, qui ut præ dictimus in principio inquisitionis præmitunt sermones ad populum, vbi habent inquirere de fide catholica, differentes: atque admonent omnes hereticos, ut recognoscentes errorem suum ad fidem catholicam conuertantur: que tanquam benigna mater, que nulli claudit gremium redeunti: eos benignè recipiet, & solent præfigere certum terminum infra quem isti debeant venire: & istud appellatur tempus gratiæ, sed Hostien. in sum. titul. de hæret. sentit aperte quod antequam sit conuictus de hæresi, quandocumque admittitur confitens errorem suū & volens recōciliari: etiā si timorē probatio-

num

num conuictus: dum modo iudex videat ipsum conuictum & speret de conuersione sua. Ioan. And. in. c. excommunicamus. el. i. §. damnati. eod. titu. in quadam Apostilla sentit, quod nedum antequam sint conuicti: imo etiam postquam sunt condemnati per sententiam possunt redire & evadere poenam mortis. & idem sentit gloss. not. in c. pen. eod. titu. In contrarium tamen facit text. in. c. ad abolendam. §. primo. eod. titu. vbi text. videtur requirere, quod in continentia reddeant & sponte. Nam post damnatione vindicatur hoc facere timore poenæ imponendæ, & post probationes videtur facere timore probationū, inquit enim ille tex. quod ad hoc ut reditibus ad fidem remittatur pena mortis ista requiriatur, scilicet, quod sponte abiurent & quod incotinēti. Si ergo quis spectauit probationes cōtra eū fieri, & per eas cōuincit, & postea vult cōuerti, nec hoc facit incontinentia nec sponte, quia videtur timore probationū se cōisse. Zen. & Dom. Card. in Clem. ad nostrum. §. eod. titu. tenet, quod si postquam negauerunt sint conuicti nō admittantur ad huiusmodi reuocationem erroris, ad finem evadendi poenam corporalem. sed Panor. in. d. c. excommunicamus. §. damnati. sequitur opinionem quam Ioan. And. ibi tenuit in Apostilla, de qua prædixi, & pro ea adducit text. in. c. accusatus. de hæret. lib. 6. vbi relapsis dunctis non parcitur: semel ergo lapsis licet sint condemnati parcendum est ex quo volunt ad fidem redire. Dicit tamen, quod ista opin. aperte non probatur iure, imo potius possit defendi contrarium, quia dictus. §. damnati. nullā indulgentiam dat damnatis. & c. ad abolendam. vult quod statim reddeant & sponte, ut dictum est. & c. pen. eod. titu. loquitur de deprehensionis in hæresi: & non de condemnatis, sed dicit, quod alia opinio tanquam mitior est sequenda ar. regulæ odia, & regulæ in poenis. de regu. iur. lib. 6. & ad. c. ad abolendam. satis coloratè posset responderi, quod fatis

satis in continenti dicitur redire, si nullam dilationem expe-
ctat, nec poenam impositionem. l. disponeret. Vel potest di-
ci secundum eum, quod aut sunt condemnati de haeresi,
sed adhuc non sunt traditi curiae seculari, & habet locum
poenitentia. Aut sunt traditi curiae seculari, & tunc non sit
locus penitentiaz. Nam tunc propriè non dicuntur veni-
re sponte, nec incontinenti. Sed in hac opin. varietate eg-
dicerem, quod vbi ad sententiam esset processum contra
haereticum nullo modo eius conuersio esset admittenda
ad effectum euadendi poenam mortis, & pro hoc induco
text. in. d.c. pen. de haeret. in. §. de damnati. iuncto. §. si qui
autem. in. §. damnati. disponitur de damnatis per senten-
tiam, vt tradantur curiae seculari. sequitur statut. §. si qui
autem. vbi tex. loquitur de prehensis in haeresi, non tamen
de condemnatis: qui si redire voluerint euadunt poenam
mortis, tamen perpetuo carceri sunt mancipandi: hoc etiā
probatur per text. in. c. vt commissi. eod. titu. libr. 6. vbi so-
lum conceditur facultas mitigandi poenam vel mutandi
de his qui mandatis Inquisitorum obedientes fuerūt: pro-
pter quod in carcere vel muro fuerunt reclusi. Secus ergo
in eis qui in pertinacia perdurarunt, quo usque de crimine
fuerunt condemnati præterea vt superius diximus cum re-
gula iuris sit quod poenam illam illataam per sententiam
nullus possit sine Principis autoritate relaxare: & in hoc ca-
su hæc regula non reperiatur violata, excepto casu prædi-
cto prædicti. c. vt commissi. non debemus hoc extendere
ad non expressum. Vbi tamen ad condemnationem non
esset processum etiam si esset per testes vel alias probatio-
nes de haeresi conuictus: satis crederem reuertentem ad-
mitti debere, pro quo facit text. in dicto capit. accusatus. in
principio. & apertius in. §. ille quoque. nec obstat text. in
dicto capit. ad abolendam. quem supra induximus, quia
debet suppleri per textum in dicto capit. accusatus. & hoc

non

non est nouum, quod priores leges trahantur ad poste-
riores. vt. l. non est nouum. ff. de legibus. Prout idem
tamen est cautè quando isti volunt redire ne simulata
conuersione redeant fraudulenter, & sub agni specie
gerant lupum. vt capit. vt officium. §. prouiso. eodem
titulo. libro sexto.

Et aduentendum, quod ea quæ prædiximus circa ad-
mittendos haereticos ad reconciliationem, & gremium
Ecclesie atque erroris abiurationem: locum etiam sibi
vendicant in his, qui redeunt ab apostasia: cum illa
non constituat diuersam speciem ab haeresi: sed tantum
addat quandam circumstantiam aggrauantem, vt dicit
Sanct. Thom. secunda secundæ. quæstione duodecima.
artic. primo. in solutione ad tertium. iuxta illud. secunda
Petr. a. melius erat eis viam Domini non agnoscere quæm
post agnitam retroire: cum ergo iura præinducta gene-
raliter admittant haereticos non relapsos ad abiurationem
& apostasia non constituat diuersam speciem ab haeresi,
vt diximus, iure igitur apostatae erunt admittendi: nec
obstat textus in. l. hi qui. C. de apost. vbi textus in fine. di-
cit eos reuertentes non fore admittendos. Nam illa lex
non est admittenda: cum disponat de materia merè spe-
ciali, scilicet haeresis quæ est merè ecclesiastica, nec sub
laicorum iudicio potest cadere, vt in capit. inquisitionis. §. prohibemus. de haereticis. libro sexto. Non er-
go Imperator legem illam condere potuit ad hoc quod
facit capit. bene quidem. 96. distinctione. & capit. Eccle-
sia sanctæ Mariæ. de constitutionib. cum multis simi. præ-
sertim hoc casu quo ius Canonicum specifice contra-
rium disponit, pro quo induco textum in capit. quidam.
de apost. vbi compelli iubentur apostatae per prælatos
suos: vt fidem quam promiserunt teneant: ac ritus Iudai-
cos dimittant. Si igitur compellendi sunt per Ecclesiam

ad id

ad id ergo à fortiori voluntariæ & spontaneæ venientes debent admitti quod cautè est considerandum: prædicta vera sunt in hæreticis non relapsis: si enim essent relapsi, sine aliqua audientia essent seculari iudicio relinquendi. vt.d. c.ad abolendam. §.illos quoque. & d.c.accusatus. Sed intellige, quòd eorum conuersio non est admittēda ad hoc, vt poenam mortis euadant: nequaquam tamen sunt eiis humiliiter petita sacramenta poenitentiaz, ac eucharistiaz denegāda. vt in.c.super.eod.titu.libr.6. Et idem dicas eadem ratione vbi superius dixi, istorum conuersione non debere admitti: debet enim intelligi iuxta determinationem dicti. c.super.co/Sed quæro quis dicatur relapsus. Hoc determinat text.in.d.c.accusatus.in prin.& in. §. 1. & 2. & nota, quòd nedum ille qui post abiurata m hæresim recedit in eandem relapsus censetur. iuxta tamen distinctionem illius text. sed etiam ille cui propter suspicionem hæresis fuit indicta purgatio & se purgauit, relapsus dicitur: si in eam post abiurationem est relapsus. vt probat text.in.d.c. ad abolendam. §.illos quoque, quia tamen inter cætera disponit text.in.d.c.accusatus. §.cum vero. quòd ille qui in vna hæresis specie, vel secta, aut in uno fidei articulo, vel ecclesiæ sacramento commisit, & postmodum hæresim abiurauit simpliciter vel generaliter si postea in alia specie siue articulo committat, debet vt relapsus in hæresim iudicari. Iuxta hoc occurrit dubitatio. Pone quòd non sic simpliciter abiurauit, sed tantum in illo arti. postea labitur in alio. an dicatur relapsus. & glo.ibi dicit quòd non, & licet Archid. contrarium ibi teneat tamen Ioan. And. in nuel. sequitur illam glo.cum verba debeant aliquid operari. de priuilegi. si Papa, & quia in pœnis benignior interpretatio est facienda. Subiungit tamen, quòd raro practicabitur iste casus, quia cōsuetudo habet quòd omnis relapsus etiam in uno articulo generaliter abiuret hæresim. Sed

Domi.

Domi.tenet contrarium propter connexitatem quam habent hæreses inter se, quia de vanitate conueniunt in idipsum de hære.excommunicamus.cl.1.&c.2.& ex hoc fundamento tollit motiuo Ioan. And.& pro hac opin. Domi. Ego iudico ea quæ Sanct. Thom. dicit.2.2. quæft.5.artic.3. vbitenet, q̄ in hæretico discredente vnum articulum fidei non manet fides formata nec informis in alijs articulis, cuius ratio est, quia species cuiuslibet habitus rerum dependet ex formalis ratione obiecti qua sublata species habitus remanere non potest. Formale autem obiectum fidei est veritas prima, secundūm quod manifestatur in scripturis sanctis & doctrina ecclesiæ, quæ procedit ex veritate prima. Vnde quicunque non inhæret sicut infallibili & diuinæ regulæ, doctrinæ ecclesiæ quæ procedit ex veritate prima in scripturis sanctis manifestata, ille non haber habitu fidei, sed ea quæ sunt fidei, alio modo tenet quòd per fidē, sicut si aliquis teneat in mente aliquam conclusionem non cognoscens medium illius demonstrationis manifestum est quòd non haber eius scientiam, sed opinionem solum. Vnde ille qui de his, quæ ecclesia docet quæ vult tenet, & quæ non vult non tener, iam non inhæret ecclesiæ doctrinæ tanquam infallibili regulæ, sed potius propriæ voluntati, ex quo sequitur quòd hæreticus est simpliciter qui pertinaciter discredit vnum articulum fidei: non enim est paratus in omnibus sequi doctrinam ecclesiæ: si enim non pertinaciter iam non esset hæreticus sed errans, vnde manifestum est q̄ talis hæreticus circa vnum articulum fidem non habet de alijs articulis, sed opinionē quandam secundūm propriam voluntatem, quia non credit ex habitu fidei, sed quia sic placet sibi. Forma autem abiurandi hæresim traditur per textum in capit. ego Berengarius. de consecra.dist.2.& debet scriptura fieri de hac abiuratione, & subscribi manu propria ipsius abiurantis, p̄to quo f est glo.

est glo.i. quæstione.7. conuenientibus. & vbi talis persona fuisset ex cuius hæresi multæ ecclesiæ fuissent scandalizatæ: decet copia illius abiurationis ad omnes illas transmitti vt quæ malæ fuerunt ædificatæ de peruerso gaudeant & ædificantur de conuerso, vtribi dicit text. in fine.

Sed qualiter debet iudex pronuntiare in sententijs ferrendis vel poenitentibus iniungendis redeuntibus ad fidem, & hæresim abiurantibus. Solutio. Dicas, quod non debet eos pronuntiare hæreticos, quia non sunt. 24. quæst. 1. hæc est fides vbi de hoc. & quæst. ultima dicit Apostolus. & cap. qui in ecclesia, nec pronuntiauit eostales suisse: quia modus iste non est datus à iure: sed dicit sic, quia te inueniemus per tuam confessionem, vel probationes legitimas hæreticū vel hæreticos adorasse nunc autem saniori usus consilio vii prout asseris ad vnitatem Ecclesiæ corde puro & fide non facta redire. Idcirco te in primis abiurata omni hæretica prauitate, iuxta formam Ecclesiæ ab excommunicationis vinculis: quibus tenebaris astrictus absoluimus. Sitamen ad eandem ex corde redieris & iniuncta tibi mā data seruaueris, & quia in Deum & sanctam Ecclesiæ modis predicitis deliquisti ad peragendam poenitentiam condignam: in perpetuum carcerem te detruidi volumus: & precipimus ibidem perpetuo remanere, nec miretur quis quia dictum est hic sub conditione. Nam causa delenda quæstionis expedit sic dici: vt si quod ei imponitur non seruasset non censeatur absolutus. & hanc formam ponit Archid. in dicto cap. vt commissi. §. necnon. quem sequitur Ioan. Andr. in nouel. dicens, quod quicquid dicat Archidia. tamen inquisitores nostri temporis bene pronuntiant illum suis hæreticum nec appetet quid obstat secundum eum. Sed quoniam in hac forma præinserta sit mentione de absolutione quæ sibi impeditur à sententia excommunicationis quam incurrit propter incursum hæresis.

Quæro

Quæro an inquisitores possint absoluere hæreticum etiā à sententijs quas Papa die Iouis sancta promulgat contra tales. Archi. in d. c. vt officium. in prin. tenet, quod sic, per illum text. qui generaliter permittit eis absolutionē, & idē sequuntur ibi Ioan. And. & Domi. & vltterius in eadē forma absolutionis ponitur per modū conditionis, si iniuncta mandata seruaueris &c. hoc est satis iuri consonum. Nam tales reuertentes errorem suum ad arbitrium episcopi debent abiurare & satisfactionem idoneam exhibere, vt dicit text. in d. c. ad abolendam. §. præsenti. Iuxta id vero quod in huius principalis quæstionis themate deducebat. Quæro quæ poena sit imponenda his si ab hæresi reuertuntur. & dicendum, quod hoc residet in arbitrio episcopi, & inquisitorum, qui in criminis hæresis inquirunt: vt secundum quod eis visum fuerit satisfactionem iniungant tali cōuerso & poenitenti, vt probat text. in d. §. præsenti. Bonâ tamē quæ propter hæresim fuerant iudici seculari applicata nō restituuntur ei: nisi ex misericordia fecus fiat. vt in. c. vergentis. de hæreti. Sed quæro iuxta hæc, quid si patronus ecclesiæ labitur in hæresim: an reuersus recuperet ius patronatus quod prius habebat, hanc quæstionem tangit gl. 1. quæst. 7. maximum & tenet, quod sic: nisi esset lata sententia super amissione iuris patronatus. Sed Panor. in cap. quia diligentia. de elect. tenet indistinctè illum non recuperare homini ius patronatus, argu. c. vergentis. iuncto. c. pen. de hære. & l. commissa. ff. de publi. & veti. nisi ex gratia sibi restitueretur. Ad quod ego induco not. per Innoc. in. c. fin. de hæret. In hac etiā poenitentia imponenda debet habere discretio: vt si à principio cōuertantur & spōte, mihius cū eis agatur. Si autem vltterius distulerint conuersationem: vtpote quoisque sint conuicti, vel notorium sit eorum crimen quia in eo fuerunt deprehensit, augenda erit poena, & si opus fuerit usque ad perpetuum carcerem.

f 2 vt in

vt in dict.cap.penul.¶.fina. si qui ante. eod. titul. discretio itaque iudicantis in his debitam moderationem adhibebit attentis prædictis:& etiam coniectura quam habet de conuersione & pœnitentia & dolore huius conuersi. In casu tamen ipso iure reuersus recuperat primum statum, videlicet si mulier alia catholica incidit in haeresim. propter quod perdit priuilegia quæ catholicæ mulieres habent in dote, si illa postea se cōuertat, recuperat ipso iure omnia prædicta priuilegia quæ amiserat, vt in authen. de priuile. Doct.¶.quia enim. in fine. collat. 7.

Q V A E S T I O X X I .

VIgesimo primo quæro. An si haeretici in errore persistunt & volunt publicè disputare confirmantes errores suos, sit cum eis disputandum. Eridem quæro, circa quoscunque alias infideles. Et dicendum est ꝑ in disputatione fidei duo sunt consideranda, vñum quidem ex parte disputantis, aliud autem ex parte audientium. Ex parte quidem disputantis, est consideranda intentio. Si enim disputat tanquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumentis experiri intendens: proculdubio peccat tanquam dubius in fide & infidelis, & per hoc induco gloss. 96. dist. nos ad fidem. & in l. 3. C. de summ. Trin. Si autem quis disputet de fide ad confutandos errores, vel etiam ad exercitium ut faciunt Theologi, illud est laudabile, ex parte vero audientium considerandum est: vtrum illi qui disputationem audiunt sint instructi & firmi in fide, aut simplices in fide titubantes. Nam coram sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide. Sed circa simplices est distinguendum: quia aut sumus sollicitati & inuitati ab infidelibus puta Iudeis, haereticis, siue Pagani

nis intentibus corrumpere fidem nostram. Aut non sumus sic sollicitati. Primo casu necessarium est publicè disputare de fide, dummodo reperiantur ad hoc sufficienes & idonei qui errores possint confutare. pro quo facit glo. in dicta l. 3. & capit. cum quibus. 24. quæst. 3. & credere me ego, quod vbi infideles & haeretici non vellent ad fidem disputationem venire zelo redeundi ad fidem veritate comperta, sed potius ad quandam inanem ostentationem: cautum esset eos prudenter eludere: verbaque ad aliam materiam conuertere: dummodo simplices qui adstant non sentirent, & hoc ne secreta fidei nostræ in dignis pandamus, & contra doctrinam Christi margaritas seminamus ante porcos. Nam nihil omnino eis respondere auditorum causa vtile non videtur ne forte simplices existiment nos responsionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur ex hoc pro quo tex. cum glos. 43. distin. in mandatis. & eadem distin. §. primo. in glo. Quando autem licet secreta fidei occultare. vide gloss. not. 27. quæst. 2. inuenta. Vnde Grego. in pastorali sicut in cauta locutio in errorem pertrahit: ita indiscretum silentiu eos qui et adiri poterant in errorem dereliquerunt: vbi tamen ista necessitas cessaret periculosest disputare de fide coram simplicibus, quia eorum fides ex hoc est firmior, ꝑ nihil diuersum audierunt ab eo quod credunt, vt determinat Sanctus Thom. secunda secundæ. quæst. 10. art. 7. hanc autem disputationem non permittitur laicis facere imo excommunicandi sunt si publicè de fide disputauerint. vt probat text. in capit. quicunque. §. inhibemus. de haeret. libro. 6. Discretio autem maxima adhibenda est in huiusmodi disputatione: vt in his quæ sunt fidei principaliter quis inuitatur auctoritatibus noui & veteris testamenti: quia ille sunt diuinitus reuelataꝝ, & Theologiaꝝ principia & fidei nostræ: non humana sed diuina reuelatione quæ

constat nobis per sacras scripturas fuerunt nobis tradita. Isti tamen præsuppositis cum gratia non tollat naturam, sed perficiat, oportet quodd naturalis ratio subseruat fidei, sicut & naturalis inclinatio voluntatis subseruit charitati. Vnde Apostolus dicit. 1.Corinth. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Et per hunc modum auctoritatibus Philosophorum interdum sacra doctrina vtitur: vbi perrationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt. Sicut Paulus Actuum 17. inducit verbum Arati, dicens. Sicut quidam Poetarum vestrorum dixerunt, genus Dei sumus. Et idem fecit secunda ad Titum. 1. cap. in fin. vbi induxit illud Epimenidis Poetæ. Cretenses semper mendaces, male bestiæ, ventres pigri. Et in prima epistola ad Corinth. illud Terentij. Sæpe bonos mores corrumpunt colloquia praua. de quo vide bonam gloss. 37. distinct. cap. turbat, sed tamen sacra doctrina his vtitur quasi extraneis argumentis, & probabilitibus auctoritatibus vero sacræ scripturæ prædictis, tanquam ex necessitate argumentando concludentibus: & si quis aduersarius nihil crederet eorum quæ diuinitus inspirantur, & per sacram scripturam habentur, non remaneret cū eo iam ulterius via ad probandum articulos fidei per rationem, sicut & in alijs scientijs contra negantes principia non est argumentandum, licet & sit in hoc differentia: quia aliae scientiæ philosophiæ: licet non possint probare sua principia, & ideo cōtra ea negantem nō disputent sed relinquunt superiori scientiæ. Suprema vero inter eas, scilicet metaphysica disputat contra negatæm sua principia si aduersarius aliquid concedat. Si autem nihil concedit, non potest cum eo disputare. Potest tamen soluere rationes ipsius. Sacra tamen scriptura cum non habeat doctrinam superiorem disputat contra negantem sua principia. Argumentando quidem si aduersarius aliquid concedat

eorum

corum quæ per diuinam reuelationem traditam in Sacris scripturis habentur. Si vero aduersarius de prædictis nil credit non manet amplius via ad probandum articulos fidei perrationem. Poterunt tamen solui rationes quæ in contrarium inducunt contra fidem, cum enim fides infallibili veritati innitatur. Impossibile autem sit quod vero demonstretur contrarium: quoniam vero omnia consonant, vt Philosophus dicit. 1. Ethic. concluditur manifestè, quod probations quæ contra fidem inducuntur non sunt demonstrationes sed solubilia argumenta. ita dicit S. Tho. 1. parte. q. 1. art. 8. hoc etiam confirmatur. Nam si fides nostra ratione humana posset ostendi præter hoc quod derogaretur dignitati suæ tolleretur & meritum fidei. Nā fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum, & secundū prædicta debet intelligi illud quod Apostolus Petrus ait. Parati reddere rationē omni poscenti vos de ea, quæ in vobis est fide & spe. 1. Pet. 3. Ex quibus patet quā perniciose cōuincuntur errare quidā qui sciolos se esse iacent fidem nostram humanis rationibus nitētes fundere quæ tñ diuina veritate & reuelatione consistit: derogant enim dignitati eiusdem ut prædiximus, & inducunt infideles in derisionem fidei credunt enim, quod huiusmodi rationibus innitemur & propter eas credamus. Ex hoc etiam patet summè reprehendendos eos quicquid ratione attingere non possunt admittere in fide catholica nullunt, cū enim illa excedant omnē rationis humanæ sublimitatem: satis temerariū est ea velle ratione inuestigare. Nā vt Philosophus. 2. meta. Intellectus noster sic se habet ad prima entia quæ sunt manifestissima in natura sicut oculus vespertilionis ad solē. & Iob. 11. Forstā vestigia Dei cōprehēdes & vsq; ad perfectū omnipotētē repères: quasi dicat non. & 26. Ecce Deus magnus vincēs scientiā nřam. & 1. Corinth. 13. ex parte enim cognoscimus eo maximè

f 4 quo-

quoniam ex defectu intellectus nostrum etiam de rebus sensibilibus quae nostri cognitioni subiacet plurima ignoramus quanto magis ea quae intellectum nostrum infinitum excedunt comprehendere non valebimus. Vnde in his consultum est humiliari Deo, nec de se quicquam presumere: humilitas enim ad sapientiam disponit. ut dicitur Proverb. 11. vbi humilitas, ibi & sapientia: valde etiam admirandum est de istis haereticis qui superstitionem Iudai cam sequuntur, quod cum in lege Mosaica multa credenda proponantur quae ratione humana comprehendi nequeunt illis toto corde inharent & fidem nostram abhorrent propterea, quod credenda aliqua praedicat quae per Dei potentiam possibilia sunt: sicut & illa quae in lege veteri continentur ostenditur etiam veritas fidei nostrae ex miraculis in ea factis & quae adhuc dietim videmus: sicut & ego vidi. miraculum de Sacramento altaris quod ad omnes infideles conuincendum sufficeret: cum enim miracula solum virtute diuina iuxta illud Psalm. Qui facis mirabilia solus &c. Deus non potest esse testis falsitatis, relinquitur, quod miracula quae sunt facta ad confirmationem fidei nostrae arguunt ipsius infallibilem veritatem. Item ex alio confirmatur quod est. mirabilissimum: ut inquit August. quod inter persecutorum potentissimum tyrannidem qui fidem Christi impedire, imo extinguere sunt conati: innumerabilis turba nedum simplicium, sed sapientissimorum ad fidem Christi per universas provincias conuolauit: in qua omnem humanum intellectum excedentia praedicanter, voluptates carnis cohibentur, & omnia quae in mundo sunt contemni docentur quibus animos mortalium assentire maximum est miraculorum & excellentissimum diuinæ inspirationis opus: ut contemptis visibilibus sola inuisibilita cupiantur. Adeo ut contempta etiam corporali vita per crudelissima tormentorum genera:

genera: multi pro Christi fide vitam finierint, quod non aliter quam diuina inspiratione fieri exploratum existit. Si autem dicatur, quod sine miraculis fides Christi fuerit recepta hoc omnibus signis esset mirabilius: si ad credendum tam ardua, ad operandum tam difficultia & ad sperandum tam alta: mundus absque mirabilibus signis motus fuisset, & praesertim a simplicibus & ignobilibus hominibus quales Apostoli fuerunt qui Christi ecclesiæ plantaue rūt, & si arguatur in contrariu de lege Mahometi quae falsa est: & tamen a multis recepta: dicendum, quod non est simile quoniam Christi fides habet omnes difficultates de quibus praediximus, & cum eis a principio sumpsit exordium atque cum martyrij acerbitate tanquam granum frumenti, quod in terra mortuum est multum fructum attulit. Lex autem Mahometi processit via cōtraria. Nam promisit voluptates carnales eius sectatoribus: ad quarum desiderium carnalis concupiscentia instigat. Praecepta etiam tradidit praedictis promissis conformia voluptati carnali habeas relaxans in quibus promptum est etiam carnalibus hominibus obediri. Documenta insuper veritatis non attulit nisi quae de facili a qualibet mediocriter sapiente naturali ingenio cognosci possunt. Quin potius vera quae docuit, multis fabulis & falsissimis doctrinis immiscuit: signa etiam non adhibuit supernaturaliter facta quibus solis diuinæ inspirationi testimonium conueniens adhiberetur dum operatio visibilis quae non potest esse nisi diuina ostendit Doctorem veritatis inuisibiliter inspiratum: sed dixit se in armorum potentia missum quae signa & latronibus, & tyrannis non defunctorum: etiam a principio non crediderunt aliqui sapientes in rebus diuinis & humanis exercitatis: sed homines bestiales in desertis morantes omnis doctrinæ diuinæ & humanæ profusus ignari, per quorum multitudinem alias armorum violentia in suam

legem coegit. Nulla etiam diuina oracula præcedentium prophetarum ei testimoniū perhibent, quin potius quasi omnia veteris & noui testamēti documenta, fabulosa narratione deprauat: vt patet legem eius insipienti, vnde astuto cōsilio libros veteris & noui testamenti suis sequacibus non reliquit legendos, ne per eos falsitatis argueretur. Adhuc etiam pro ulteriori prædictorum confirmatione non pidgebit in medium afferre quid Lactā. in 5. sui operis libro deducit sic inquiens. *Quis est tam excors tamque cæcus qui non videat in martyribus fuisse sapientiam, licet eorū persecutores malitia & furore excæcati stultos esse arbitrantur: qui cum habent in sua potestate supplicia vitare cruciari tamen & mori maluerunt, sed possent ipsi ex eo videre non esse stultitiam in qua tot hominū millia per orbem totum una & parimente consentiunt. Si enim foeminæ sexus infirmitate labuntur, viri certè sapiunt: si pueri, si adolescentes improvidi sunt per ætatem maturi certè ac senes habent stabile iudicium. Si una ciuitas desipit, certè vtiq; innumerabiles stultæ esse non possunt. Si una provinciā una natio prudentia caret, cæteras omnes habere intelligentiā recte necesse est: cum vero ab ortu solis usq; ad occasum lex diuina suscepta sit, & omnis sexus, omnis ætas, & gens & regio & natio vni ac paribus animis Deo seruant eadem sit vbiq; patientia idem conceptus mortis intelligere debuerat aliquid in ea re esse rationis, quod nō sine causa usq; ad mortem defendatur, aliquid fundamēti & soliditatis quod eam religionem non tantum iniurijs, vexatione, non soluat sed augeat semper & faciat firmorem. Debuerant præterea existimare cum videant dilacerari homines varijs tormentorum generibus & inter fatigatos carnifices inuictam tenere patientiam, contentam tam multorum perseverantia morientium, non vanā esse, neque ipsam patientiam sine Deo tantos cruciatus posse*

superare. Latrones enim robusti corporis viri eiusmodi lacerationes perferre non queunt, exclamant & gemitus edunt, vincuntur enim dolore, quia deest eis inspirata patientia. Nostri autem vt de viris taceam pueri & mulierculæ torturas suas tacite vincunt, & exprimere illis gemitum nec ignis potest. Ecce sexus infirmus & fragilis ætas, dilacerari se toto corpore utique patitur, non necessitate quia licet vitare si velint, sed voluntate, quia confidunt in Deo, haec ille. Iure igitur concludere possumus verba Maximi episcopi in quodam sermone in medium proferentes. Nouerimus (inquit) quia non sine magno discrimine de religionis veritate disputamus, quam tantorum sanguine confirmatam videmus. Magni periculi res est si post prophetarum oracula post Apostolorum testimonia, post martyrum vulnera, veterem fidem quasi nouellam discutere præsumas & post tam manifestos duces in errore permaneas, & post morientium suores otiosa disputatione contendas.

Q V Æ S T I O X X I I .



Igesimo secundo quæro. An de hæresi possit quis accusari post mortem, & dicendum, quod sic, vt vigesima quarta, quæstione tertia. capit. fina. & in capit. filij. de hæreticis. libro sexto. de quo est bona gloss. vigesima quarta, quæstione secunda. in sum. hoc tamen limitat gl. 23. quæst. 4. c. ipsa pietas. nisi illi dum viuerent essent bonæ famæ, per c. in primis. 2. q. 1. sed intellige eā in casu in quo loquitur, scilicet, qn ille qui accusat esset hæreticus vel alias inhabilis, & sic etiā loquitur text. in. d.c. in primis. alias autem credere, q huiusmodi accusatio etiā contra

contra non infamatum esset post mortem admittenda: & hoc iudicio meo probat satis aperte text. in. d. c. filij. cōuincitur autē in hoc casū mortuus de crīmine: si postquā erat accusatus seipsum occidit: Nam tunc consciā crīminis se videtur occidisse, pro quo est glof. not. in. l. fin. C. de iur. fīs. li. 10. & ibi tenet Bart. Istud tamen limita nisi hāres vellet innocentia purgare defuncti vel id quod pro innocentia reputatur vt est quelibet iusta defensio: vt puta p̄ scriptio vel quod fecit ad suām defensionem & similia. Nā qui habet iustam defensionem innocentii par est: nam eius factum potest defendi, quāuis omnino excusari non pos- sit. ff. ad leg. Iul. repet. l. iulia. §. fin. ita tenet Bald. in. l. 2. C. qui testam. fa. pos. sed in crīmine hēresis diffīcillimē inno- centia possit probari, cum in animo constat hēresis: nisi esset casus vbi ex aliquo particulari factō vel dictō illa cō- cluderetur: & adhuc eo casu si illi in vita de hoc crīmine fuissent infamati vel suspecti, p̄dicta excusatio non ad- mittetur. vt in. c. filij. de hēreti. lib. 6. quōd tamen intellige iuxta ea quē inferius dicam in eodem membro: p̄scrip- tio etiam in hoc crīmine viuente hēretico non proce- dit: sed eo mortuo admittitur sola quadagenaria adtuen- dum hēredes suos quō ad bona quā habuerunt ab hēre- ticos: dummodo illi dum viuerent catholici putarentur, alias secus. totum hoc probat text. not. in. c. 2. de p̄script. libr. sexto. per quēm text. declaratur. l. apostatarum. C. de apost. Forma autem pronuntiandi hoc casū & simili- bus contra mortuum. vide per glof. not. in. §. per contra- rium. Institu. de hēredi. quē ab intest. defē. Considera tamen, quōd ista accusatio admittitur ad finem occupandi bona illius quem in vita constat hēreticū fuisse: non autē vt aliqua p̄cēna alia p̄niatūr, vt voluit gl. in. d. sum. & no- mirādū de hoc, cū etiā si cōtra viuentē esset accusatio insti- tuta: si tñ antequā p̄cēna sibi inferrēt mortuus extitisset nō esset

esset in eius corpus aliqua iustitiae executio post mortem fienda, per text. not. in. l. defuncto. ff. de publi. iudi. ex quo manifestē conuincuntur errare assertores seu iudices maleficiorum qui in defunctos faciunt executionēm p̄cēnæ ca- pitalis: & hoc tenet Aug. in di. l. defuncto. & faciunt adiudē not. per Cyn. in. l. 2. C. qui testa. fac. poss. causeant igitur ab hoc, alias tempore syndicatus cōueniri possent, tanquam inferentes iniuriam cadaueri. in. l. 1. §. quoties. ff. de iniuri. dicit tamen Ioan. de Imol. in dict. l. defuncto. quōd quan- doque de facto feruatur contrarium: p̄serrit in graui- bus delictis, & vbi esset talis consuetudo toleranda esset in odium & detestationem eorum, & propter facti memo- riā. ar. eius quod habetur. 15. q. 1. cap. mulier, vbi etiam animal irrationale punitur propter facti memoriam, & ar. eius quod habetur in. c. cum ad monasterium. de stat. reg. vbi monachus qui in morte non resignauit pecuniam quā tenebat tanquam propriam sine consensu abbatis, iubetur sepeliri extra coemeteriū, cum pecunia in sterquilinio, in signum perditionis. Pœna tamen excommunicationis astringi potest hēreticus post mortem. 24. q. 3. sanē. & per glof. ea. causa. & quāst. in summ. & idem tener glof. in. c. si quis episcopus. eod. tit. & talis excommunicatio nō ideo fertur, vt ille amplius ligetur, quia iam externaliter est dam- natus, sed in crīminis detestationem: vt cāteri hoc iudi- cium terribile ecclesię audientes, similia committere con- tremiscant secundā Archid. in dict. summ. hodie tamen non esset necessē in eos ferri sententiam, cum à iure sint excommunicati. de hēret. excommunicamus. el. 1. non ta- men tollitur propterea quin possent etiam ab homine ex- cōicari, iuxta not. per glo. & Doct. in cap. ita quorundam. de Iudæ. Infertur etiā ipsis alia p̄cēna post mortem, quo- niam eorum corpora non debent habere ecclesiasticam sepulturam, imo quicunque eos p̄a sum p̄serint ecclesia- sticæ

sticæ tradere sepulturæ: ipso facto sententiam excommunicationis incurvant usque ad satisfactionem condignam à qua absolui non debent: nisi proprijs manibus publicè extumulent, & projiciant huiusmodi corpora. damnato-fumi & ultra hoc locus ille perpetua debet carere sepultura. vt in.c. quicunque. in prin. de hæret. lib. 6. & pondera illum text. qui requirit, & suis manibus extumulent, & sic non satis esset si per alium facerent. vt dicit ibi glos. requirit etiam tex. quod extumulent publicè. Considerata mē, quod ista accusatio post mortem habet locum tantum in hæreticis: non autem in credentibus fautoribus & receptatoribus eorum qui non sunt hæretici: quia morte eorum huiusmodi crimina extinguuntur. vt probat tex. in.c. accu. §. porro. eod. titu. lib. 6. & huius ratio est: quia istorum bona non sunt ipso iure confiscata. vt in eod. cap. §. si vero. & hanc conclusionem tenent Arch. Ioan. mo. & Ioan. And. in. d. §. si vero. qui ad carentiam tamen sepulturæ eo iure quo hæretici censentur. vt in. d. c. quicunque. in princi. Sed iuxta predicta quero eo casu quo proceditur contra mortuum: an si aliquis voluerit eum defendere admittatur. glo. tangit questionem. 23. quest. 2. c. damnationis. & tenet quod sic. ff. de procu. seruum quoq;. §. publicè. & maximè cum in casu criminali pro iniusto quis possit appellare. ff. de appell. non tantum. sed opponit gloss. quomodo admittetur cum non possit cauere de rato: ad quod respōdet, quod satis videtur habere ratum: ex quo non opponit obicem contrarie voluntatis. de conse. d. 4. quæreris. sed ego limitarem hoc eo casu quo illi in vita non erant diffamati de hæresi vel suspecti: nam tunc non essent aliqui: etiā filii vel hæredes ad eorum defensionem admittendi. pro quo iudicio meo est. tex. apertus in. d. c. filij. Sed illo casu aduentum est, quod etiam si non admittantur defensores ad excusandum delictum, vel ad opponendum se contra proba-

probationes & contrarium probandum, admittendi tamen sunt ad probandum corruptionem vel falsitatem illius probationis, ita quod concludant illam non esse legitimam probationem, quia solummodo à iure excluduntur ad probandum contrarium directum eius quod probatum fuerat: secus autem per hunc modum indirectum. sic determinat Ioan. And. in nouel. in. d. c. filij. quem sequitur ibi Domini. & per hoc habes not. intellectum ad omnia iura quæ volunt stare alicui probationi & non admittunt contraria probacionem: debent enim intelligi modo prædicto facit in simili quod not. glos. & Bart. in. l. iurisgenti. §. quod ferè. ff. de pactis. Limitarem etiam & secundo illum tex. vt intelligatur tantum in filiis vel hæredibus mortui hæretici qui sunt admittendi illo casu secus autem in alijs extraneis arguendo ex illo text. per locum à speciali, sicut & multa alia specialia propter detestationem tanti criminis reperiuntur statuta: ad quod etiam seruit ratio glo. positæ, quæ dicit quod aliorum non interest se oppone huic defensioni, & defensio quæ admititur ex favore publico per quemcunque prestata. vt in dicto. §. publicè excluditur propter eundem fauorem publicum: cuius maximè interest tam nephandum crimen indilatè puniri: & inde est, quod etiam si in alijs criminibus nedum condemnato: sed etiam tercia permititur in fauorem condemnationi appellare. vt. l. non tantum. ff. de appellationib. in hoc tamen criminis etiam ipsi condemnato appellationis remedium interdicitur, vt latè superius diximus: & hoc propter criminis enormitatem. Sed quæro cui poenæ subiçietur iste, qui mortuum accusavit si succumbat in accusatione. glo. in dicto cap. sanè. dicit, quod ei cui supponeretur accusatus si viueret, & ei cui modo supponitur: nec mirum cum grauius sit peccare in mortuum quam in viuum. vt. C. de sepulchr. viol. l. qui sepulchra. sed ego dubito

96 Gondisal.de Villadiego Hisp.

dubito an illud sit verum cum accusator succumbens puniatur similitudine supplicij. C. de accus. l. fina. imo ab hac poena in multis casibus excusatur, de quibus per glos. not. in. l. athle. §. calumniator. ff. de hi. quo. infa.

Q V A E S T I O X X I I .



Igesimotertio quæro de poena filijs hæreticorum infligenda. Ad quod est dicendum quod puniuntur in successione paterna. Nā in bonis paternis minime succedunt: imo illa fisco applicantur. Si enim in crimen læse maiestatis hoc est institutum, à fortiori in crimen hæresis locum sibi deber vendicare, cum longe magis sit eternam quam temporalem lädere maiestatem, sic dicit text. de hæret. cap. vergentis. Puniuntur etiam alia poena, quia filii hæreticorum & receptatorum & fautorum usque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium publicum admitti debent: & si fecus actum fuerit est illud irritum & inane. vt cap. quicunque. §. hæretici. eod. tit. lib. 6. quod intellige de secundo gradu descendientium per lineam masculinam. In descendentiis autem per lineam fœmininam ad primum gradum duntaxat extenditur, vt in cap. statutum. el. 2. eod. tit. & lib. Item illud intellige de illis quorum progenitores iuxta predictam distinctionem fuerunt hæretici, vel decesserūt hæretici, non autem illorum quos emendatos esse constiterit, & reincorporato ecclesiæ unitati: & proculpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ poenitentiam recepisse: quā ipsi vel iam perfecerunt vel humiliter prosequuntur, vel sunt parati ad recipiendum eandem, vt in dict. c. statutum. §. fin. Sed iuxta predicta dubitatur, nunquid filius hæretici ipso facto perdat beneficium ecclesiasticum quod habet glo. in

Tract. contra hæret. prauit. 97

glo. in cap. satis peruersum. 56. dist. concludit quod non, & sic transit Panorm. in dicto cap. vergentis. remittens ad glo. in dicto. c. quicunque. sed aduerte quia gloss. in dicto cap. satis peruersum. non loquitur in crimen hæresis, sed in crimen læse maiestatis. & gloss. in dicto capit. quicunque. ad quam remittit nil dicit de hac materia. Joan. And. in nouel. & Domin. in capit. vt commissi. §. priuandi. eod. titul. & lib. tenet quod tales ipso iure sint priuati beneficij, nec est fienda distinctio, fuerint talia beneficia collata filiis vel nepotibus ante delictum parentum, vel post, sed simpliciter est dicendum quod prædiximus, pro quo facit text. in dicto. §. priuandi. qui simpliciter loquitur. & text. in cap. felicis. §. quod si quis. de poen. lib. 6. Nec obstat si datur quod ille. §. loquitur in alio casu, quia secundum eos illud est longe minus delictum quam istud. ad quod etiam facit dict. c. statutum. sed salua meliori deliberatione, ego crederem esse fiendam illam distinctionem, quia aur beneficia fuerunt collata ante delictum parentū & filij non sunt illis ipso iure priuati: aut fuerunt postea collata & sunt priuati, & pro hac distinctione facit text. in dict. c. quicunque. §. hæresis. iuncto dict. cap. statutum. vbi inhabitantur ad beneficia obtinenda filii hæreticorum, &c. & sic iura prædicta loquuntur tantum de obtinendis post hæresim parentū non tamen ante, nec obstat text. in dict. cap. felicis. §. quod si quis. quia loquitur in alio crimen quam hæresis, nec est fienda extensio cum sit ius poena le, per iuria vulgaria, & si illud esset verum omnes poenæ contentæ in dict. cap. felicis haberent locum contra hæreticos, per fundamenta istorum, de quo supra quod est absurdum, præsertim quia interdum pro minori delicto imponuntur maiores poenæ, & sicut ratio argumentationis eorum non procedit: pro quo est text. in capit. admonere. 33. quæstio. 2. vbi maior poena imponitur occiden-

g dent

denti vxorem, quam occidenti matrem. cum tamen constet longe grauius delictum esse matrem occidere quam vxorem. Restat respondere ad dict. cap. vt commisi. §. priuandi. quod satis videtur vrgere: & dicas quod ille text. est intelligendus secundum iura prædicta non enim inducit nouum ius quoad hanc priuationem. Nam ille text. principaliter emanauit ad declarandum, in quibus inquisitores sine dicecesano posset procedere. Vnde quod de priuatione beneficiorum dicitur enuntiatiuè narratur, & per consequens dispositionem non facit, iuxta text. in cap. si Papa. de priu. lib. 6. & vbi velles quod dispositio nem inducere debet intelligi de beneficijs, postquam parentes hæresim incurruunt filijs collatis per ea quæ superius diximus, vt iuribus concordentur. Ulterius quæro, an poena quæ imponitur filijs hæreticorum extendatur etiam ad bastardos. gloss. in dict. cap. statutum. tangit hanc quæstionem, & arguit pro, & contra. Et finaliter tenet quod extendatur ad eos, ne plus habeat luxuria quam castitas, & idem tenet ibi Archid. & sequitur Ioan. And. in nouel. qui dicit se sic consuluisse cum quibusdam Doctoribus, cum illegitimus sit de sanguine respectu generis: & in ipso etiam timeatur crimen paternum. C. ad. l. Iuliam maiest. quisquis. Item si puniuntur filij legitimii à fortiori bastardi, qui sunt odibiles legi. ar. de præbend. eum qui. l. 6. cum suis concor. Item quia iura generaliter loquuntur, bene facit ad hoc. ff. de in ius vocan. l. fina. veruntamen secundum doctrinam Cyn. in dicta. l. quisquis. illud esset intelligendum de bastardo qui patrem certum posset nominare. secus autem esset in vulgo quæfitis natus ex incerto coitu, qui certum patrem demonstrare nequeunt: quia tunc cessat in eis ratio, cum non constet illum esse patrem eorum. & idem sequitur Ioan. And. in dicto capit. statutum. Subdit tamen ibi Domin. quod vbi communis vius alicuius

ius ciuitatis vel loci reputaret illos de domo, secundum quod dicit seruari Florentiæ & Perusij, vbi deferunt arma illius agnitionis de qua esse putantur: tunc ad eos huiusmodi poenæ extenderentur: & dicit fuisse hoc de mente Bar. in. l. pronuntiatio. ff. de verb. signifi. & in. l. filium. ff. de hi quæ sunt sui vel alie. iur. Confirmo etiam amplius hanc partem, nam in casu odij rationabilis, simplex appellatio filij comprehendit etiam naturalem, vt in. l. libertinum. coniuncta rubric. C. de interdict. ma. inter pu. & tu. hoc autem odium rationabile est, nam cum in criminis lasciæ maiestatis filij dicantur digni paterno suppicio. vt in dict. l. quisquis. §. filij verò à fortiori in criminis hæresis, per dicto capit. vergentis. ad idem facit quod not. Bartol. in l. 2. ff. de accus. & in. l. tutelas. ff. de c. dimi. & in. l. fin. C. de verborum significationum. vbi tenet, quod sius siue dispositio loquitur per verba naturalia, ut potè filij vel nepotes comprehendentur etiam naturales & bastardi, quia secundum naturam sic trahunt naturam à patribus sicut legitimi, sic est autem in proposito: quoniam iura superius inducta loquuntur de filijs hæreticorum per verba naturalia, scilicet, filij & nepotes, &c. & præsumuntur imitatores delicti paterni, sicut & naturales: imo multo fortius cum ex talibus complexibus sæpe numero degeneres viri & scelerati nasci consueuerunt. vt dicit text. 56. dist. si gens Anglorum. Sed quæro, an poenæ prædictæ se extendant etiam ad filios qui natu sunt antequam eorum patres hæresim incurrisserint. Calder. mouet hanc quæstionem in consilijs suis in titul. de hæret. consil. 3. & arguit pro & contra, finaliter tamen concludit, quod non se extendant ad eos per. l. emancipatum. ff. de senat. cum materia sua. Item facit quia filius ante natus ex superueniente dignitate in persona patris non consequitur privilegium vel ho-

norem. vt. l. senator. C. de dignit. libro. 12. & l. filij. §. senatores. ff. ad muni. & per consequens si non honorem, ergo nec poenam vel onus, vt. l. ex qua persona. ff. de regulis iuris. ad idem. l. 1. §. fina. ff. de bon. poss. con. ta. & l. si necesse. §. si deportatus. ff. de bon. lib. per quæ iura filij iam nati propter superuenientem casum in personam patris non repelluntur à successione: & pro hoc etiam inducit. l. diuo marco. C. de quæst. & dicit esse casum expressum in. l. 2. C. de liber. & eo. libe. Ad cuius confirmationem potest induci quod in simili not. Cyn. in dict. l. quisquis. circa filios illius qui commisit crimen læsæ maiestatis. sed in contrarium facit quod not. ibi Salicet. qui tenet illam poenam etiam habere locum in antea natis: cum non minus in eis hæreditarij criminis exempla sint metuenda: & quia iura generaliter loquuntur: nec obstat iura in contrarium inducta secundum eum: propter gravitatem enim criminis læsæ maiestatis contrarium in eo statuitur: & per easdem rationes idem ego dicerem in criminis hæresis cum sit longe maius: vt in dicto cap. vergentis. ad hoc etiam facit textus apertus in dicto cap. statutum. §. finali de hæreticis. ibi cum dicit, vel tales etiam decessisse probantur: ex quo innuitur sufficere quod patres eorum in morte fuissent hæretici, nec potest dari conueniens solutio ad illum textum: ad idem facit dicto cap. filij. eodem titulo. quod loquitur de illis qui ostenderunt signa hæresis cum decumberent in lecto propter infirmitatem de qua decesserunt, & contrariato luntur per ea quæ diximus, quod sit in hoc criminis speciale, propter eius gravitatem. Sed an inquisitores hæreticæ prauitatis poterunt facere statuta, ut potè augendo poenam contra hæreticos, vel alias circa hoc crimen disponendo, & secundum est secundum Lapum, in capitulo. 2. §. statuto. de constit. libro. 6. quod non, quia sunt delegati: vt caput per hoc.

hoc. & cap. ne aliqui de hæret. lib. 6. ex quo infertur quod etiam delegatus ad vniuersitatem caesarum non potest facere statuta: quia iure non reperitur sibi concessum. Iste enim sunt delegati ad vniuersitatem caesarum. vt not. glo. in dict. cap. per hoc. & cōclusionem istam sequitur etiam Domin. in dicto. §. statuto.

QVÆSTIO XXXIII.



I gesimoquarto quæro. An si aliqui hæretici sunt in una ciuitate, possit tota ciuitas exuri siue alias destrui, & glos. in cap. si audieris. 23. q. 5. arguit quod sic. per illum text. & videntur ibi velle Ioan. & Lauren. quod quilibet possit hoc facere: sed in contrarium inducitur ead. quæst. si non licet. versi. his igitur. & quæst. 4. verbi. non ergo. & quæst. vlti. quicunque. & quod not. 23. quæst. 2. inter hæc. in prima gloss. Archid. in cap. præsidentes. de hæreti. lib. 6. dicit quod ecclesia concedit generalem auctoritatem exterminandi hæreticos. 23. quæst. 5. si vos. & cap. si audieris. quæ non tantum dirigitur principibus. & facit ea causa quæst. 8. legi. & de hæretic. excommunicamus. §. catholici. vbi etiam ad eos exterminandos. conceditur cruce signatis indulgentia ultra maria: tamen occasio & spoliatio talium tutu est quod fiat ex edicto principis vel ecclesiæ. cap. cum secundum leges. eod. titul. lib. 6. ne ex cupiditate vel vltione potius quam ex iustitia vel obedientia pugnare videantur. 23. quæst. 1. quid culpatur. & quæst. 2. cap. 1. & quæst. 3. sex differentiae: quod etiam tenuit Reyn. in sum. eod. titul. §. sed nunquid catholici. & Hosti. in sum. eod. titul. §. qualiter evitentur. ver. sed nunquid catholici. Idem sequitur Ioan. Andr. in nouel. in dicto. c. præsidentes. & Domi. qui subiungit oportere ne-

cessario præcedere iudicis declarationem super crimine hæresis ad hoc ut ista executio fieret per dict. cap. cum secundum leges: sed ista videntur mihi cum supportatione nimis crudæ & indigestæ dicta & in tanta questione , ubi de tantoru periculo agit : & præsertim ubi innocentes pronocentibus puniuntur grauius & profundius scribendum & calamus magis temperandus fuisset:qua propter ego dicere quod etiam si aliqui de ciuitate sint hæretici dum modo ciuitas ipsa hæresim non incurrit: adeo quod delictum istud vniuersitatci ciuitatis ascribi possit , non propterea ciuitas possit exuri , aut alias destrui: nullo enim iure hoc reperitur cautum,imo iura clamant in contrarium, scilicet , quod peccata suos debent tenere auctores. C. de pœn. sancimus. de his quæ si. a ma. parte. c. quæ si. v. ad iura quæ in contrarium inducuntur stat responso ad. c. si audiheris. per quod glo. præfata se fundat dici potest multipler citer. Primo quod illud erat præceptum legis veteris & iudiciale, ut patet clare. Nam habetur originaliter. Deute. 13. & talia in lege noua cessarunt, nisi de nouo fuisset instituta, nec legitur noua institutio. Nam Cyprianus cui inscribitur ille tex. in decretis non habuit facultatem iura generalia condendi, cum non fuerit Roma. Pontif. eo maximè ubi de incendio & morte inferendis disponitur. ut patet in illo tex. quæ pœnæ ab ecclesia non imponuntur nec cleri, vel mo. sententiam sanguinis. & eod. tit. eos. lib. 6. & de exce. præla. ex literis, vel aliter dicas quod ille tex. non loquitur de hæreticis sed de idolatriis: & ista crima sunt diuersa ut ex superioribus patet. Aliter etiam potest dici quod loquitur quando omnes de ciuitate inficerentur illo criminе: & si non omnes, illud tamen tempore illo licite fiebat stante præcepto Dei qui Dominus est vitæ & mortis, pro quo bonus tex. in dicto cap. si non licet. & in cap. gaudens. de diuort. ubi de homicidio Sampson fit mentio.

Ad alia,

Ad alia vero iura quæ inducit Archid. videlicet c. legi. respondetur quod auctoritate Dei illa facta fuerunt qui interius auctoritatem occidendi inspirabat, ut in dicto. c. non licet. ad. c. si vos. dicendum est quod loquitur quando auctoritate iudicis illa fiunt, ut patet in fine eiusdem text. ubi dicit diligentissimi rectores, &c. ad cap. excommunicamus. §. catholici, dicas quod intelligitur quando in casulicito bellum contra eos moueretur, & accedente auctoritate superioris qui hanc concedere posset. Alias autem sequeretur absurdum quod pro actu illico, & reprobatu Papa concedere indulgentias. Quæ tamen pro operæ charitatis sunt indulgendæ. iuxta not. per Docto. c. quod autem de pœnit. & remissio. pro quo est textus eodem titul. cum ex eo. tener Sanctus Thomas 4. senten. distinct. vigesima. Stabit ergo in hoc conclusio, quod si ciuitas labatur in hæresim: tunc demum possit exuri & destrui, & non aliter. Hanc sententiam firmat Bartol. in. l. aut facti. §. non manquam. ff. de pœn. in crimen hæresis , & in crimen læse maiestatis , & alias vbiunque filius punitur propter delictum patris , & sic fuit factum de Carthaginæ , quæ propter rebellionem passa est aratum. ff. qui mod. vſufructu. amitt. l. si vſufructus. Dicit etiam se vidisse sententiam diffinitiuam . Imperatoris Henrici , quam dedit contra ciuitatem Brixiæ , quæ fuit sibi rebellis: in qua dicebat illam ciuitatem esse subiectiā aratro: quam pœnat postea ex misericordia relaxavit, quæ sententia diffinitiuam est lex. ut. l. secunda. ff. de legibus. & in. l. fina. C. eodem. & de re iudicata. capitul. in causis. & ita fecit Papa Bonifacius : qui propter delicta quorundam Templariorum totum ordinem eorum destruxit , quia erant hæretici. Hanc autem sententiam nullus inferior à Principe ferre poterit, nec sine Principis auctoritate hoc fieri potest,

g 4 secun-

secundum quod latè prosequitur Barto. in extrauag. quoniam. & idem sensit vno verbo Salyc. in. l. prima. C. de seditio. in fi. Sed quando dicemus ciuitatem committere hę resim. vt modo præmisso puniatur: dicas quod si omnes essent heretici vel maior pars. vt in. l. quod maior. ff. ad mu ni. & hoc tenet Bart. in dicta extrauagan. quoniam in simili materia, & requiritur quod conueniant vt vniuersitas. ad hoc faciendum vt pote communicato consilio, alias dicentur singuli facere, & non vniuersitas. iuxta not. per glof. l. sed si ex dolo. §. primo. ff. de dolo. &. l. aliud. §. refertur. ff. de re iud. neque per hoc credas, quod poena corporali puniantur innocentes per nocentibus, quod manifeste patet per ea quæ Bart. not. in dicto. §. nonnunquam. & Salyc. in dict. l. prima. C. de seditio. Sed iuxta predicta quæ ro an punira vniuersitate de heresi modo præmisso censantur singulares puniti ad hoc, vt amplius puniri nequeant. Ad hoc respondeo quod singulares non eo minus puniri poterunt si culpabiles in hoc delicto reperiantur, quia quod debet vniuersitas non debent singuli, & è contra. ff. quod cuiusq; vni. l. sicut. l. prima. ff. de regu. iur. aliud. §. refertur. facit. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. si in sepulchro. Ad hanc decisionem faciunt not. per Ioan. Mona. & Ioan. And. in cap. felicis. de pœn. lib. 6. in fin. & per Bart. in dicta. l. aut facta. §. nonnunquam.

Q V A E S T I O . X X V .



Igesimoquinto: superest nonnullis heretorum prædictorum obiectionibus & calumnijs respōdere. Dicunt enim neminem ad Christi veritatem esse cogendū, verbo esse agendum, disputatione pugnandum ratione vincendum, ne fictos catholicos ecclesia habeat. & huius

huius opinionis fatetur August. se fuisse cum cœcitate infidelitatis primitus tenebatur. Postmodum vero cum faciem suam ad veritatis lucem conuertit, cognovit nedum verbis & auctoritatibus hanc cōfutari & confundi sententiam, quinimo & exemplis. Nam & ciuitas sua cum primo tota esset in partes donati, ad vnitatem tandem catholicam legum imperialium timore conuersa est. Quam tempore suo vidit ita perniciem præfatam detestari, vt in ea nunquam fuisse crederetur. Item & alię multę ciuitates sibi nominatim commemorabantur, vt in ipsis rebus agnoscereret, etiam in hac causa recte intelligi posse quod scriptum est. Da sapienti occasionem & sapientior erit. Hæc ille in epistola ad Vincentium donatistam. & habetur transumptiuè. 23. quæst. vj. vides vt opinor. qualiter autem & sacræ scripturæ testimonio hoc idem probetur cōsidera patrem familias seruis suis præcepisse cum ad invitandū ad nuptias in vias & sepes omnes destinasset, quos cuncte inuenieritis inquit bonos & malos compellire intrare. Legimus quoque primo Saulum, postea Paulum ad veritatem cognoscendam & tenendam magna violentia Christi cogentis esse compulsum, quin potius quod mirū est ille qui pœna corporis ad Euangelium coactus intravit plus illis omnibus qui verbo tantum vocati sunt in euā gelio laborauit & quem maior timor compulsit ad charitatem, eius perfecto charitas foras mittit timorem, sed & circa idem aduersarij prædicti obijciunt Deum dedisse liberum arbitrium, & ideo non debere hominem cogi ad bonum, quod & donatus August. obijciebat, cui & ipse respondet. Attende & considera, quod non ideo voluntas bona misericorditer impeditur vt mala voluntas hominis diligatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem nisi merito male voluntatis, nec liberari nisi bonam haberit voluntatem. Non tamen ideo qui diligunt male

suæ voluntati impune crudeliter permittendi sunt : sed vbi potestas datur & à malo prohibendi & ad bonum cogendi sunt. Nam si voluntas mala semper suæ permittenda esset liberata: quare Israelitæ recusantes & murmurantestam duris flagellis à malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur, vbi & subiungit multa alia noui & veteris testamenti evidencia testimonia habentur transumptiuè. 23. quæst. 3. displicet. Hoc etiam Philosophorū schola apertissimè docet, qui enim nec natura ad virtutem inclinantur, nec in ingenuos habent animos, vt verborum doctrina duci queant, quod præcipue his contingit qui affuetudine longa malum habitum induerunt necesse est quasi velvas quasdam sub iugo ponere, & legum austerritate coercendos fore: vt Philosophus docet 10. Ethic. per hunc modum coacti recta operantes virtutum actibus affuescendo. Tandem in bonos viros euadunt: vt ipse dicit. 2. Ethic. Ex eo enim, quod multoties agitur secundum rationem, imprimatur forma rationis in vi appetitiua, quæ quidem impressio nil aliud est, quam virtus moralis. vt Tho. ibidem dicit, ad prædictam etiam facit text. 23. quæst. 6. §. fina. Adhuc instant Apostolos in sui fauorem inducentes, quos non legimus violentia aliquos ad fidem compulisse, nec à regibus terræ ad hæc auxilia petiisse, sed qui talia dicunt, vt inquit August. ad Bonifacium comitem: non considerant aliud tunc fuisse, & omnia suis cōuenire temporibus: quis enim tunc in Christum crediderat imperator? quis pro pietate contra impietatem leges ferendo seruiret? tunc enim adhuc illud propheticum implebatur. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & Principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Nondum enim agebatur, quod paulò post in eodem Psalm. dicitur, Et nunc reges intelli-

gite,

gite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. 23. quæst. 4. si ecclesia. Posset etiam aliter eorum obiectio confutari: aliter enim cum his qui nunquam fidei sacramentum suscepérunt est ageandum, qui non vi: sed proprijs arbitrijs, voluntate suadendi sunt, vt ad fidem conuertantur. vt cap. qui syncera. & cap. de Iudæis. 45. dist. & aliter cum eis qui semel sacramentum baptismi adepti sunt, qui etiam si metu ad christianitatem coacti fuissent à principio sicut factū est temporibus religiosissimi principis. Sisebuti quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi sacramentum suscepisse & crismate vinclitos esse, & corporis Domini exitiis participes: oportet vt fidem quam etiam vi vel necessitate suscepérunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides quam suscepérunt vilis, & contemptibilis habeatur, vt in dicto cap. de Iudæis. quod tamen diximus de conuersis per vim, debet distingui iuxta text. in cap. maiores. §. item quæritur. de baptis. Post hec autem obijciunt, quod principes res eorum cōcupiscunt, & vt auferant in eos sequunt. Sed isti pessimi Iudaica superstitione obcecati super quorum oculos, vt ait Apostolus, usque hodie velamen illud Moysi appositum manet, vt oculos habentes non videant: non attendunt quām sint cōtraria veritati quæ loquuntur. Si enim principes præfati eorum valent bona, nequaquam misericordiam pollicentes eos inuitarent ad pœnitentiam. Sed quia eorum saltem ex viceribus sitiunt, etiam quod fisco suo competebat. Dum tamen conuertantur liberalissimè ipsis relaxat, nec erubescunt hæretici sua dicere, qui in huiusmodi errorem lapsi nil in suo Dominoretinent. vt in cap. quo iure ostiua distin. & capit. quod autem. 23. quæstione septima. Clamant in super dicentes quām crudelitatem in eos exerceri. Sed his respondetur per illud Hierony. super Isaiam,

108 Gondifal de Villadiego Hisp.

Isiam. Non est crudelis quæ crudelis iugular: fed crudelis patentibus esse videtur. Nam latro suspensus patibulo, crudelem iudicem putat. vigesimatercia, quæst. quinta. Non est crudelis Deus enim qui miserator & misericors est patiens & multum misericors. Non ideo crudelis & rigidus & cruentus reputatur, quod diluio genus humana num delevit, & super Sodomam & Gomorrham ignem & sulphur pluit AEgyptios submersit in fluctibus. Israelitarum cadauera prostrauit in Eremo. Dicunt postremo, quod reuersi ad poenitentiam non recipiuntur cum ecclesia pia mater gremiuim non claudat redeunti. Quibus respondetur per id quod scripsimus supra quæst. 20. ubilatissime pertractauimus quomodo, & qualiter reuersi ab heresi admittendi sunt. Fruolis igitur ipsorum pessimorum hominum spretis querelis iuris censura in eos est exercenda. Aliter enim rex seruit Deo quia rex est, aliter quia homo est. Quia homo est, seruit viuendo fideliter, quia rex est, seruit leges condendo, iuxta præcipientes & contraria prohibentes ac vigorem iuris in sceleratos exercendo. Et cum his breuiter finem facio. Ad laudem & gloriam Iesu Christi Domini nostri, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum.
Amen.

L A V S D E O

S A L M A N T I C Æ,

Apud Ioannem & Andream Renaut.

M. D. LXXXIX.